

1

220318

Incunabel

M.S.



293  
8.

AVINTI. HAEMYLIANI. CIMCRITAE.  
POETAERHENDI. CASYLABICON.  
IN. V. LI. ALEXANDRI.  
PARANTIE AD  
LECTI.

in d. d. d.

Qui non uol. sibi. sed sub uno  
Rege. Pestilens. Dispen.  
Nec tangit. ut. n. d. e. p. q. m.  
Nec. p. d. e. d. n. s. e. m. t. i. e. m.  
Off. p. o. r. t. e. o. r. e. i. n. d. r. e. m. e. n. t.  
S. o. l. m. e. n. t. e. p. o. e. n. s. i. n. n. i. g. o. r. e.  
r. i. c. o. n. s. o. n. a. t. d. i. r. e. a. l. e. n. t. i. a.  
i. r. e. c. o. n. o. n. a. t. i. u. r. e. q. u. e. n. o. n. s. u. p. i. a.  
**De Observatione In Pestilentia**  
i. l. l. e. a. s. s. e. r. u. t. a. p. p. o. s. i. t. i. o. n. e. i. l. l. e.  
i. n. t. e. r. e. c. e. l. l. e. s. t. a. n. d. e. c. e. n. s. s. o. r. o. r. u. m.

1750  
D. S. G.

QVINTII. HAEMYLIANI. CIMCRIACI:  
 POETAE. HENDECASYLLABICON.  
 IN. V. LI. ALEXANDRI.  
 PAEANTII. AD  
 LECT:

I  
 220318  
 Incunabel

Qui non uolt stygiis fata sub umbris  
 Sæua Pestilitate Disperire.  
 Nec ferrugineam uidere puppim:  
 Nec uitæ precium seni trientem:  
 Olli portigere ore subtrementi.  
 Sed uiuo esse potens sui uigore:  
 Et seruare animam diu ualentem:  
 Hæc hortor: legat Aure non supina:  
 Quæ pæantius exatauit: Artis  
 Ille assertor appolinatis: ille  
 Ingens castalidum decus sororum:

πῆλοσ  
 D.S.G.



Alexander Benedictus Veronēsis Physicus Iacobo Cōta-  
 reno Patricio Veneto Philosopho: iuris consultissimo:  
 Senatoriꝫ ordinis Viro  
 Integerr. S. P. D.

**A**lenus qui post dininum Hippocratē se-  
 cūdu inter medicos principes habetur Se-  
 nator Clarissime commemorare solet in li-  
 bris: quos de febribus inscripsit: humani  
 corporis temperamentum: & cuius uis rei  
 naturam: nosse medicū oportere clara Hip-

pocratis sententia: Quod quidem ex artis medicinæ exor-  
 diis euidentiori ratione intelligi potest: hoc est ex ipsa cor-  
 poris specie: ex uenis: arteriisq;: urinæ presagiis: ex mem-  
 bris: eorum colore: naturali corporis motu: ætate: sensu  
 ex animi affectu: usu: exercitatione: cæli qualitibus: tem-  
 pore: regione: ex tempestatibus: ex humoribus: uictus ra-  
 tione: uariis casibus: accidentibus: cæteris deniq; notis fa-  
 cile comprehendit solet. Abdita tamen quædam sunt: quo-  
 rum causas a physicis nostris afferri non posse minus mi-  
 rum est: q̄ uniuersales constare in multis. Cur biliosi acri-  
 moniam appetant: euidentis ratio est. Cur hic allii odorem  
 uel casei fugiat: difficulter percipitur. Cæcæ. n. quorūdam  
 proprietates sunt naturæ dūtaxat per cognitæ. Hac de cau-  
 sa inter exempla uidimus quendam summo mane cathar-  
 ticum prunæ uapore tepesactum ægrotanti uni ex dome-  
 sticis non sine magno tedio obtulisse (nares. n. uis medi-  
 camēti acrius inuaserat) unde stomacho nausea correpto:  
 corporisq; intus commotis humoribus septies aluus solu-  
 ta est: æger uero: qui medicamentum hauserat securus ter-  
 ægre exoneratus est. Alter item febriculosus: qui siliquæ  
 ægyptiæ atramentum alias pati non poterat: expertus me-  
 dicum admonuit: ne quid siliquæ succi sibi infesti medi-  
 camento permisceret: medicus uero rem periculosam ob-  
 litus catharticū dari iussit: cui siliqua eadē admisceri solet:

Hippocrates

*Quorūdam casus reddi  
 nō posse.*

Galenus

quo assumpto protinus sese siliqua misere necatum acclamauit: qua iter medicinas nulla leuior: facilior q̄ habetur. Ea q̄ uis ad posteros quandoq̄ transit: unde in rebus surdis quid magnetē admirabilius: ut ad generalia protinus transeamus: qua uis ferrum attrahit: qua potentia ceruinum cornu nidore serpentes fugat? Torpedo q̄ frequentē apud Galenum exemplo qua ratione membra hominis afficit: etiam si hasta uel tridente contingatur: nec modus exemplorum est. Abdita enim hæc sunt in arcanisq̄ naturæ reposita. Difficillima quoq̄ omnium inter morborū causas habetur pestilentia origo, de uniuersali enim dicimus: quæ regiones & puincias trepido metu fatigat: quo morbo sæpe quassatam hanc inclytam Venetiarum urbem audiuius: ac urbes: quæ in proximo sunt: Iniuriam non mediocrem sensisse uidimus. Et quia pestilentia magisq̄ ceteri morbi immensi negotii est: altiores ob id causas a natura habet: diuinoq̄ interdum fato fieri existimatur: q̄ nullostellarum coetu: aut siderum defectu minante euenit. At alia causa est cuius canonica ratio ab astrorū peritissimis inuenta est: ac obseruata: nam conscia factorum habentur sidera: Tradunt enim si plenilunio coitu ue: æconomi ex ortui cardinis planetæ sint odioſo aliquo aspectu infelices: aut alter eorum duntaxat cum luna sæuus pestes fieri: uel grauiores obuio octauo domiciliū æconomo maligno alterius syderis uultu. Quæ omnia item magis terrefica sunt alterutro luminum principalium grauitè laborante: ociffimo pestilentia præſagio. Plurimum etiam refert in quam cæli partē horridus cometes emicet: in quas ue partes crines laculetur: uel si uires malas alicuius prauis syderis accipiat: quo sæpe diro euentu squalida Iacēt satabella clandestina parantur: Publica q̄ per populos: urbescq̄ uniuersas fata peraguntur: sunt & alia quibus uirus id increſcit. Quod sæpe admonent syderum disciplina periti si quidem anni diuisio terminis mercurii (ut eorū uerbis utar) se se aplicuerit: Mercurio: ac Saturno coeuntibus: alii saturni ac martis pestifero coitui attribuunt: tum præ-

*Causa pestis s̄m  
Astrorū.*

sentissimam pestilentiam instare fatali: ac destinata mun /  
 di lege. Hæc sagaci ingenio deprehendere philosophi re /  
 rum naturæ capaces: posterisq; summa cura tradidere: ut  
 mortales quæ uentura sint insigni populorum ruina: eo  
 modo prænoscant. ac caueât: uerum sæpe diuino nutu ex  
 piata latent: & præcationibus (ut dicemus) auertuntur. Va  
 ria tamen est in hoc uitæ opinio: & pro cuiuslibet animo.  
 Voluntq; non nulli cælestia duntaxat elementis imperare  
 alii legem omnino eandem uel in minimis dare naturæ  
 non ignotam: nobisq; nundum percognitam: unde nô fa  
 tishoc i loco laudauerim astrorû disciplinâ ex cælo. q. fur  
to ablatam. Qua diuinus Hippocrates pestilentiam ueni /  
 entem prædixit: & discipulos ad auxiliandum circa urbes  
 dimisit. Cui ob meritum (ut tradunt) honores illos quos  
 antea Herculi: decreuit grætia. At de cæteris causis: præfagi  
 isq; huius mali quæ elementis attribuuntur suo dicemus  
 loco: quæ futuram pestilentiam denunciât. de que eius ob  
 seruationibus plura significabimus: in quibus & uictus ra  
 tio præscribetur: unde cælestium syderû minas: si diuina  
 fauerint: irritas faciemus: corpusq; ipsum multifariam  
 auxiliis firmum: ac tutum prestabimus: Auxilia de mum si  
 quid aduersi per ignorantiam acciderit: subiungemus ua  
 ria ac pene ifinita: in omnibus priscos medicos Hippocra  
 tem Galenû Paulû ægynitam: & ex posterioribus ut nul  
 los ingenua confessione secuti sumus. Et quædam experi  
 menta: q; non pudet referre: cæta fide prodita addemus:  
 uel quæ ipsi experti sumus. Est enim hic quintus inter. xii.  
libros de febris: quem a me Clarissime Senator priusq;  
in græciam nauigarem efflagitasti: qui si dignitati tuæ:  
 atq; animi magnitudini respondet: tibi sanseçisse & gau  
 deo & gratulor. Habes igitur prisçi Catonis exêplo q; bre /  
 uissimum de pestilentia commentarium: quo te fratres fa  
 miliares seruosq; tuos a diro pestilentiæ contagio: si opus  
 fuerit tueri possis: Et si hoc tẽpore id munus certo magi /  
 stratui ab amplissimo senatu sit iniuctum: ut respu. ab hac  
 iniuria frequenti tutâ reddatur: uerum si diligẽtia publica

Hippocrates

Hippocrates  
 Galenus  
 Paulus

XII de febris. libij

uel priuata fato irreuocabili uicta fuerit: Quod deus opti-  
 mus maximusq; auertat: tempestiua remedia quæ peritissi-  
 mus quisq; medicus iperare potest: impromptu habebis.  
**Atq;** ita inter trepidâtes medicos uel securos polutosq;  
 ii quandoq; decepti contagionem domos defrunt: tutus  
 in ædibus tuis uiues & nobis: & reipublicæ commodo Se-  
 nator ppetuus. In his enim quoad potuimus proprietates  
 uerborum obseruabimus. Nec in omnibus quidē: ut græ-  
 cis contingit: aspirare potest latina oratio: in quibusdam  
 græcis utendum erit uocabulis non nullis nouis: sed usita-  
 tis: quæ assuetudine iâ latina a nostris medicis effecta sūt.  
 Nouimus enim te gymnasii nostri tempore: communi-  
 busq; studiis in omni genere doctrinæ elegantissimum ac  
 latinæ linguæ obseruantissimum. Multi tamen erunt: qui  
 hæc nostra ceu uulgaria: ac protrita omnium rerum auda-  
 culi obtrectatores: quæ latinam linguam dehonestare ui-  
 deantur: amara quidem: atq; inani censura: quibus ut hæc  
 eadem meliora faciant: scribendi locus est relictus. Vale.  
**Venetis. viii. kalendas Iulias. Mcccc. lxxxiii.**



## Alexandri Benedicti Veronēsis Physici de pestilēti febre

## Liber quintus.

De pestilentia definitione: ac uulgi metu.	Caput.	.i.
De pestilentia causis.	Caput.	.ii.
Quomodo humana corpora inficiantur.	Caput.	.iii.
Qui magis pestilentia contrahat.	Caput.	.iiii.
De auguriis futura pestilentia.	Caput.	.v.
Observatio in pestilentia tempore.	Caput.	.vi.
De uictus ratione.	Caput.	.vii.
De somno: ac exercitatione.	Caput.	.viii.
Potiones & alia auxilia i pestilentia metu.	Caput.	.viiii.
De natura pestilentis febris.	Caput.	.x.
De notis pestilentis febris.	Caput.	.xi.
Qui preter medicorum opinionem ignota pestilenti febre subita: ac improvisa morte interiere.	Caput.	.xii.
De prognosticis malis in febre pestilentiali.	Caput.	.xii.
Qua uictus ratione in febre uti debent.	Caput.	.xiii.
De potionibus qua in febre dari debent.	Caput.	.xiiii.
De missione sanguinis in febre pestifera.	Caput.	.xvi.
Quibus rationibus aluus ducenda sit.	Caput.	.xvii.
De somno febricitantiu.	Caput.	.xv.iii.
De fomentis uel epithematis quibus cor feueri debet.	Caput.	.xix.
Auxilia qua fotu profunt iecori.	Caput.	.xu.
De secunda sanguinis missione & alui deiectione.	Caput.	.xxi.
De sanguinis exercitationibus.	Caput.	.xxii.
Simpliciu facultates: qua in pestilentia ualent.	Caput.	.xxiii.
De alarum inguinumq; tumoribus.	Caput.	.xxiiii.
Qua fieri debeant carbunculis enatis.	Caput.	.xxv.
Exemplum obseruationis: quam Marco Marcello praescripsimus.	Caput.	.xxvi.

## De definitione pestilentiae: ac uulgi metu. Caput primum.

Iximus de iis febribus in putridae materiae gene-  
 re: quas acutas simpliciter uocauimus: nunc tra-  
 seundum est ad id febris genus acutissimum: &  
 pestilentiae casu euenit: subitoque plurimos rapit  
 uario affectuum euentu: quibusdam bubones siue inguina  
 innascuntur: uel pustulae minutae liuentes: uel quaecuten  
 ueluti sugilatione: conuariant saeuente flamma: Inter/  
 dum laxato permissoque calore medicos securos facit: ac de  
 inde hominem necat: magna uulgi trepidatione: quo tem-  
 pore. quisque anxius sibi timet: alios uehementius tur-  
 bat metus: & in saeuam impietatem transfertur omnis cle-  
 mentia: a parentibus filios saepius desertos contra pietatis  
 atque sanguinis iura uidimus: de fratribus: uxoribusque innu-  
 mera exempla sunt: ne contagione labesierent: in qua for-  
 midie arti medicae fere locus non est. Pauci que sunt ex medicis  
 nostris ac potius nulli qui uisere huiusmodi aegros aude-  
 ant: Audiuimusque quosdam antidotis suis eo tempore ma-  
 le tutos fuisse: alios uero sola audacia. (non semper enim  
 laudatur secuta temeritas) in cura rapinae gratia perseue-  
 rasse. Dira & enim quandoque res est diuinoque fato mortali-  
 bus ob merita nostra: uel principum noxam caelo dimissa  
 quae subito casu urbes prouinciasque unde epidimia uide-  
 tur appellata inuadit caeca: incerta: incostans: uaga: inexora-  
 bilis: sine lege furas: quoscumque inuenit obuios rapit: nul-  
 lo nobilitatis plebisue discrimine: ab oriente denique usque ad  
 occidentem plagam repentina pestis cuncta inscit. Et no-  
 bilissimas quandoque urbes exhaurit: regionesque potentissi-  
 mas & regna subuertit: uestigiaque prioris habitus in totum  
 aufert. Ad aialia quoque ea lues arboreaque nos siderationem  
 astrouolismum graeci uocant: transit. nam & terrae fruges:  
 arborum fructus: piscesque mortiferi inueniuntur elemētis  
 tabefactis: exitiali syderum Saturni & martis coitu in sede  
 Virginis aut Geminorum: lunae solisque defectu: caeterisque  
 circumstantiis adiectis syderum disciplinae notis de quibus

*Epidemia*

*Sideratio*

*Astrouolismō*

*αστροβολισμῶ*

in præfatione diximus. Vtinam hoc anno qualiacunq; fuerint astrorum prognostica: irrita & uana fiant. Hoc malum miserabile mortalibus. Ita euenit subito. ut plurimi sine febre inter domesticas aut forenses actiones uel publica negocia. x. horarū spatio quidam. xx. sine urinæ pulsusq; uenarum certo signo in templis. in uia in publicis officis ex insperato rapiatur. Ita miseram humanæ superbix ambitionem ostendit sæua pernities. ut homo interdum lætus iucundus ac securus leui temporis momento statim cadat. Hanc in primis uiolentiam Deus optimus pientissimusq; auertat in qua neq; fuga neq; peregrinatione etiam longa quisq; tutus esse potest. Sed supplicationibus uotis ac expiationibus duntaxat locus est. quibus rite pestilentiam repercutimus uel submouemus. uel aliquando diserbis. Galenus refert auctore Thucydide in libris quos de affectibus inscribit. Omnes qui ex athenarum illa famosissima pestilentia euasere obliuionem cœpisse & amicorum & parentum. & quosdam sui nominis. alios oculos amisisse alios manus. non ullos ipsa uerenda. alios lymphaticos per urbem ob errasse. quod nisi ex magna corporis iniuria fieri non potest. Scimus quosdam uespillonum manibus ad tumulos tractos semiuiuos. alios ex nobilibus quibus anima adhuc in cordis latibulis delitescerat in sepulchris cōditos fuisse. Vna ex magnis matronis hoc modo sepulta paulo post uisa est mortua tamē q̄ sedens & emota loco iter caduera reuixerat. euulsæ come dilaniatūq; ungue petus maiori iditio fuere. Heu quotiēs uiua iter mortuos ne quicq; superos inuocauit. Non est p̄pterea facile inter tā periculosa & ingentia mala non desipere. Hinc de cæteris pestilentix causis concisa quadā ratione dicere incipiamus.

Galenus'  
Thucydides

De pestilentix causis. Caput secundum.

h Vius mali uariæ sunt causæ. ut diligētiores phisici tradidere. Aëris enim intemperies uel quadā uenenata regiones. & cæli tractus ingentes infe

Galenus

stat syderū erratiū tabifico īfluxu: qui nobis circūfusus per  
 respirationē cordis uitalia lataliter subit: alii etiā per cutis  
 meatus: cui spūs sanguisq; cōmoti p̄tinus accurrūt quibus  
 infectis febris exinde pestifera oboritur. Prælio quoq; san-  
 guinolēto strageq; facta numerosissima spūs exicialis (ut  
 Galenus scribit) regionibus p̄pinq; pestilētiā inducit. Cō-  
 statq; aphyricā īsigni quōdā pestilētia debilitatā fuisse: quā  
 locustæ innumerabiles īmersæ mari & ad litus reiectæ putri-  
 do uapore excitarūt. Post itē magnos terræ motus pesti-  
 lētia sæpe orta est diro ī profundo latēte uapore: qui pigri-  
 tia: longo situ: & æterna nocte torpescbat hūc postea pu-  
 aerē liqdūq; īfecit: ac polluit unde nouas febres attulit pau-  
 cisq; notas. Quales uenetiis olim fuere qbus grauidæ: oēs  
 abortū fecere q̄ mox eodē anno peste primæ interiēre. Ex  
 stagnis quoq; s̄teuos uapores exhalantibus aer corrūpitur  
 q̄ late exinde suū uitiū spargit. In fodiēdisq; puteis sulphu-  
 ris quandoq; uena: aut bituminis reperta: spūs noxi pestis  
 anhelitū emittūt & occupatis statim narib' extorquet aias  
 nisi qs fugæ uelocitate sibi succurrat: qd̄ & ī metalorū cu-  
 niculis cōtingit. Quidā & unius draconis anhelitu fieri pos-  
 se arbitrantur: q̄ fabulosū teor. Preter has causas aer quoq;  
 ex se suis qualitatibus adiectis male afficitur. Vnde Paulus

Paulus

Epinyctides

Exanthema.

argynita iter medicos auctor egregius oēs qualitates ī aere  
 noxias iueniri posse affirmat: quibus humana habitudo ī  
 hūc morbū plabi pōt. Caliditas uero addita exundāti hu-  
 miditate: q̄ & elemēti qñq; corruptā substantiā seqtur cæte-  
 ris qlitatibus nocētior est: & febres pestilētes affert: pustu-  
 las miuutas siue uaros: quas Epinyctidas nōnulli uocant a  
 nocte dictæ ī qua maxime pueniūt: & boam papulas ardē-  
 tes: eā ī pueris exanthematis generali noīe græci appellāt:  
 id est cū tumēt accēso rubore corpora: morbillos qd̄ uo-  
 cāt. Inguinū p̄terea alarū fauciū auriūq; abscessus uariasq; ī  
 mēbris īflamationes exiciales iducit: aliaq; morborū gene-  
 ra. Pestilētia quādoq; apud nos hyemis seuis frigoribus ut  
 ægyptiis summis feruoribus & cæteris orientis populis re-  
 soluitur. Ita enim repercutitur aeris uis tetra. Sicitas iterdū  
 nimia pestilētiæ cā fuit: qua cœlestis aqua nō mō defluit:

eo q̄ nōn magis q̄ interdū affligit s̄n̄ gratos

et summis feruoribus et  
 rabioribus solui potest.

sed terra quoque sicior reddita est: unde perennes amnes dese-  
 cerunt: strages sicuti pecorum morientium uisa est: uulgatque attactu  
 homines inuadere morbi: & primo agrestes: seruitiaque: mox ur-  
 bes impleuerunt. Et gallica pari modo castra Liuii teste pro cada-  
 ueribus cremandis ab icediis torrida & uaporis plena pesti-  
 lencia correpta sunt. Aquae item pestilentes quae in abdito latet &  
 quas usus non exercet: aut nunquam aer liberior uerberat. Cras-  
 sa itaque graui caligine sempiternaque nocte pestiferum in se cor-  
 poribus nostris habet uenenum. Idque uitium magis atque magis ig-  
 ra uescit mora: quod cum exit regionis nostrae aera infuscat. Vincuntur  
 enim meliora peioribus. Annei senecae sententia unde mon-  
 struosa morborum genera: & nouis orta causis: nec prius ea pe-  
 stilentia desinit: quam spiritum illum graue exerceat laxitas caeli ue-  
 torumque iactatio. Et publica praeterea fame pestilentia saepe  
 oritur: quae contagione a deo interdum sensim increfcit: caeli  
 mala qualitate se se subscribente: ut saepe syderibus a ple-  
 bisque causa ascribatur. Pestilentia plurimum ultima aestate con-  
 trahitur caeli tenuitate ita disponente quae tamen citius remit-  
 tit uolentia. Et diuerso crassius caelum initio resistit tardiusque  
 inficitur: infectum uero diutius uitium retinetque: multarum re-  
 exemplo confirmatur. In summa igitur caeli circumfusi malae  
 qualitates humana corpora non dissimilis naturae facile cor-  
 ripiunt: febresque pestilentes inferunt: quae ab humore non men-  
 accipiunt: aliae sanguinae: aliae cholerae: aliae melancholi-  
 cae phlegmaticaeque dicuntur: haec postremae raro eueniunt: ob-  
 id astrorum periti febres sanguineas: aliquando cholerae  
 cas aliquibus annis praedicant astroque ratione ista demonstrat.  
 Qua ratione humana corpora inficiantur. Caput tertium.

Vatuor causas sapientes considerauere actioni cur-  
 ius necessarias: agentis legitimas uires: patientis di-  
 spositionem: propinquitatem utriusque: ac moram: quo-  
 respectu alia aliis minus afficiuntur corpora. Et si  
 recodita uel syderum uel aeris quoque circumfusi substantia tabefa-  
 cta pestilentia omnium saeuissima affuerit. Qua ratione non nul-  
 li subito concidunt: aliqui indies protrahuntur: aliqui con-  
 ualescunt: & si pauci reperiuntur in tanta pestilentiae repu-  
 ratione: vari modo: & qui per pestilentes tractus transeunt:

Liuius

Anneus  
Seneca

*Quatuor uires  
 cuius actionis  
 rursus*

uel cōtagione offendūtur. inuenti tamē sunt ætate nostra  
 q̄ extrema senectute rapti sūt. qui prius iuues in maximis  
 pestilentis tuti suere. Variæ enim causæ sunt ex quibus na  
 tū effectus proueniunt. Mirumq; uestimenta lanea preser  
 tim hanc pestem diu conseruare. Audiui patris mei æta  
 te in ueneta urbe culcitran, pestilentiaē tēpore suspectā in  
 interiores domus partes cuiusdā patricii eiectam. ac post  
 septimum annum requisitam. quā mater familias discu  
 ti iussit. longo enim situ in abdito loco uirus uehemen  
 tius contraxerat. quo serui protinus subita peste corre  
 pti sunt. Cōstatq; plebem ac seruitia hisce malis magis es  
 se obnoxia. ratiōe phisicis manifesta. contagione. n̄ q; ex  
 inde exortam qua maxima nobilitatis pars sublata ē. nec  
 plures lintres ex publico decreto unq; decretæ sunt ad ca  
 dauera deferenda q̄ eo tempore. in quo nec sepeliendi se  
 re modus nec sepulturæ locus erat.

Qui magis pestilentiaē uirus sentiunt. Caput quartum.

Aufas breuiter cōplexi sumus quibus commu  
 nis siue uniuersalis morbus populos. & regio  
 nes exicialiter euertit. at nunc corporum uarieta  
 tes sexus. ætatesq; dicemus. quæ hac tabe magis  
 minusue periclitari solent. De anni temporibus supra me  
 morauimus. Corpora igitur quæ integra sunt. dispanf  
 cum aeris natura proprietatis: quæq; rectam uictus ratiōe  
 obseruati. Cibo. potu. uenere. somno excitatione & his  
 similibus (ut Galenus demonstrat) in pestilētia tutiora sūt  
 in quibus humores computrescere nesciunt. presertim si  
 excrementicii corporis exitus meatusq; adaperiti sunt. His  
 opposita collectio est per se nota. Culpata scilicet corpora  
 nimium humida uel similis cū cælo corrupto naturæ opi  
 lata luxuriātis gulæ ociofa. lassæ ueneris. malæ temperatu  
 ræ quæq; humecta sunt quotidianis balneis repēte eo mor  
 bo corripiti. Quæ rursus nō integra sūt sed aeris corrupti  
 qualitati cōtrariā naturā habēt minus cōflitātur. sāguinea

Uel tertia die uentel  
 infartio

Aufas  
 senect

Tutores

Galenus

Mitte tūq;

etiã robusta: & quæ cholericæ dicuntur cutis laxioris cum plurimũ pestilenti febre magis infestantur: q̄ quæ phlegmatica: ac melancholica dicuntur: noxiõ presertim cælo: uiris magisq̄ sc̄eminis aliquãdo id malum contingit quã doq̄ e diuerso: cholericici itẽ ac melancholici pestifero cæli tractu minus afficiuntur: minus enim humoris uterq̄ mi / nusq̄ melancholicus pariter caliditatis habent: atq̄ iis im primis duriora siccioraq̄ membra sunt: q̄ & senectuti cõ tingit: quæ ob id huiusmodi cadauera atq̄ ægros impu ne attractare uidentur: & si meatum angustia Galeno teste plurimum obsint. Pestilentes enim febres opilatio / ne quam emphraxim græci uocant: quæ sanguinis & aliorum humorum ebullitionem excitat citius proueni / unt. Densa igitur corpora eam ob causam deterius se ha / bent: quibus meatum laxitas remedio est: qua uis tabi fica ex præcordiis exalhare solet: sed inter cætera hoc mirum est animalia non nulla cum homine eadem tãbe: quæ ex astris eueniret corripit: quædam non attingi. Con / tagia quoq̄ ad alterum genus transeunt: quandoq̄ non procedunt nec uires ampliant diuersitate naturæ ita seren te: peculiaris enim rebus proprietas est ueneni uiribus con traria a cælo & a principio genitali discordia repugnãte hãc antipathiam græci uocant. Ex eodem uero genere facilius contaminantur solo contractu ubi habitu dines non dissi miles sunt: Sympathiã hanc appellauere: hoc est cõcordiã & consimilẽ in rebus naturã: hinc ad auguria trãseamus.

De presagijs siue prognosticis futuræ pestilentiæ. Caput. v.

Estilentia arguunt in primis: quas supra memo rauimus: causã: lunæ solisq̄ principalium in or be syderũ defectio: uel quorundã pestifer coitus: aut malignus stellarũ aspectus. Cometa itẽ ardẽ tes: uel lapades i cælo alijs fixis stellis subscribẽtibus: faces & lacula ardentia longiori limite: bolides: aut ipsius cæli Hiatus q̄ casma uocant: aut sidera ueluti cadentia & alia

*Cur sentio inimicos*

Galenus

Emphraxis

Antipathia

Sympathia

Hiatus casma

- huiusmodi cæli monstra: quæ significare tantum futura existimatur a plerisque. Nec cælestia semper signa statim in nas exercent: sed annum totum: uel sequentem interdum suspectum faciunt. Caligines quoque frequenter: crassæque maiorem pestilentiam prædicunt: quas euronotus: uel auster (ut Aristoteles tradit) cogit: nec sol postea discutit: quo diuturniores eo magis suspectæ sunt. Ver item frigidum: ac siccum æstate calida: ac humida subsequente aut nimium pluuiosa: teste Hippocrate: siccitas quoque anni imoderata: qua perennes fluiui deficiunt: hoc malum minatur. Carbunculi item (ut Galenus scribit) boæ: uarique: qui infantiam infestent: frequentiores idem denuntiant. Si quoque diei interdum mira: ac spectabilis serenitas: quam repentina caligo occupet: aut sol ipse caliginosus cum quodam tepido uapore oriri cernatur. Nam & animalia sua prognostica faciunt: Inter insecta: & immunda pulices: cimices muscæ: & alia huiusmodi tedia: quæ supra modum apparent. Ranæ quoque: quas scincoidas uocant: numerosiores quæ per sit: aut locusta enata: putrificam materiam uberius indicante natura: aut alia quæ intra uiscera terræ degunt: si cubilia sponte deserunt: ex imis terre partibus id malum oriri sententia: uaticinatione naturæ sæpe probata. Oues eadem de causa: quæ mollioris sunt naturæ Annei Senecæ uerbis: & quia propiora terris ferunt capita flatus diri aeris circa ipsam humum statim excipiunt: qui si maior exit: hominibus quoque est exicialis: sed illum interdum copia aeris sincerari cohibet: antequam ut ab homine possit: trahisurgat. Et auiculæ pari modo cæli tractu corrupto inchoatos in nido pullos destitunt: ueridica pestilentia prædiuinatione. Canes quandoque sæua rabie acti pestem portendunt: qui Homero teste cum aliis non nullis animalibus prius pestilentia corripuntur: quæ postea ad homines transit. Hec diximus: ut etiam in doctum uulgus sua habeat signa quibus sidera in cælo errantia suspicere minus licet. Hinc ad obseruationes pestilentia transeamus.
- Aristoteles**
- Hippocrates**
- Galenus**
- Scincoidæ  
ranæ**
- Anneus  
Seneca**
- Homerus**



## Observationes in pestilentia. Caput sextū

Atalis igitur pestilentia: quæ cælestium siderū prognosticis: ac iis quæ est elementis sunt: indicatur: diuina plerunq; ulciscendi uindicta mortalibus ob merita demittitur: & a summo deo

suspensa quandoq; relinquitur ob preces ad motas: uotaq; suscepta: quibus salus publica regionibus multis restituta est. Hæc prima sint nobis præsidia: quibus nulla præsentior medicina habetur: id sæpius uiderunt maiores nostri inter religionis christianæ exempla admirabilia. Deinde homo cum securus esse non potest. peregrinari primum: atq; longius ire uel nauigare debet uersus precipue aquilonem septentrionis sue: ubi id non licet: saluberrima cæli pars foris deligenda est. quæ in septentrionem spectet: aut in occidentem orientemue: uel in contrariam ingruentis pestilentia partem: ubi maxima sit salubritas. quam ex incolarum etiam robore depræhendimus: si fauces bibentium puræ sunt: si oculi & caput integrum est: si in pulmonibus: aut thorace nulla est. aut rara causatio. Locus quo altior est: quoq; magis perflatilis: eo salubrior existimatur: nisi pestilentia aeris uitio fuerit: ut quibusdā placet: ualles ob id uitandæ sunt: paludes quoq; damnantur ex quibus noxiū uirus æstiuus caloribus eructatur: & natrixum serpentiumq; pestis hyberna destituta uligine cœno: & fermentata colluue uenena emittuntur: ex quibus cæci morbi contrahuntur: quorū causas minus perspicere queunt physici nostri: In contagionis suspitione circa itinerum occulta domus ruri querenda est: ne amicis notisq; prætereuntibus diuertendi sit periculosa occasio: Sepulchrorum uicinitas cauernosaq; loca uitanda sunt. Loco igitur salubri equitare: gestare: ambulare sub dioleniter ante æstum licet: uitare tamen fatigationem: cruditatem frigus: calorem: lunam libidinemq; oportet. Eam regionem saluberrimam esse constat: quæ per annum prius libera facta sit pestilentia. Tum limpidus sincerusq; aer redditus ē minusq; cæteris obnoxius

habetur. Vitanda sunt & loca in quibus plurimæ ficus nu-  
 cesq; confitæ sunt: uel ubi linum spartum canabis in aqua  
 macerantur: malos enim uapores emittit: t: presertim ubi  
 uenti non spirant. Sed quid iam domi fieri debeat omni-  
 bus fere momentis uidendum est. ubi pestilentia suspitio  
 esset: ubi magistratu uel aliquo publico officio disceden-  
 dum non esset aut ualitudine coniugis aut filiorum, aut al-  
 terius rei ratione ad huiusmodi igitur auxilia confugien-  
 dum est. Si hyems est conclauis aerem his commedamus  
 odoramētis: quæ calida sunt ut muscus nux: syriaca: mace-  
 siue machir eius puluinus & foliaceus calix sub quo in-  
 utile & nigrum ligneum putamen est. gariofyllum styrax  
 ladanum thus myrrha thymiana hebenum: acorum: iun-  
 cum quadratū: crocum: bdeliuū: ocimum: maiorana: spica:  
 origanum: calamintha pulegium: inter præstantissima ca-  
 sia est a Galeno plinioq; auctoribus diligentissimis celebra-  
 ta: q; casiam fistulam ab antiquissimis auctoribus appellari  
 uideo: unde natus est error quo siliquam ægyptiam: casia  
 fistulā falso uocāt posteriores: ex his quædam sunt inuen-  
 tu facilia & plebi accommodata: ac iis quibus diuitias inui-  
 dit fortuna. Igni uero super imponuntur neq; superstitio-  
 sa quidem medicina laurus: iuniperus: cædrus: rosamarinū:  
 uel similia odorata ligna: & frutices. Aestate uero cubicu-  
 lorum gratiam custodiunt mala cydonia siue cotonea:  
 pira: uel reliqua mala odorata: mala medica & eorum flo-  
 res foliaq; rosa: uiola. nymphaea, omphacium. cucumis uel  
 cucurbita: myrtus: acetum. Camphora: aqua rosacea uiola  
 cea: & quæ ex floribus mali citrei fit ex furnibulo sic enī li-  
 ceat appellari nouū inuentū: seris item folia. sonchi dicta:  
 mi uitis folia passim conspersa. At ignis mira uis est in  
 omni tempore: qui in pestilentia quæ solis lunæq; deli-  
 quio contrahitur suffitu multiformiter mane ipso anxi-  
 liatur: aeris enim uirus si quid est discutit: ac fugat. Hip-  
 pocrate & paulo æginta demonstrantibus: q; obseruari  
 sæpe iussimus. Acetum preterea per se cubilibus aspersum  
 uim malam aufert: rosacea mixta efficacius. De mixturis

*Domj obseruanda.*

**Macer  
Machir**

*Casia fistula  
Siliqua Aegyptia*

**Galenus  
plinius**

**Furnibulum**

*Ignis*

**Hippocrates  
paulus ægi.**

aliqua quibus cubiculi aërem commendamus hyeme pre-  
 sertim: subiungemus. Ea ex iis constant thuris masculi: thy-  
 miamatis singulorū drachmis. ii. mastice iuniperi baccarū  
 sesquidrachma: Gariophylorū ligno alces scrupulis. iiii. ex  
 ladano purissimo aqua q̄ citreagine oia in orbiculos di-  
 gerūtur: qui carbonibus infecti nidorem præstant effica-  
 cissimum. Alia compositio huic contraria ex refrigeran-  
 tibus fit in quo rosarū ru. scrupuli. ii. nymphae: labruscæ.  
 s. coriandri uiolarum baccarum myrti: mastice: corralio q̄  
 omnium scrupulus. i. rubricæ armeniacæ rubricæ lemnicæ  
 drachma camphoræ drachma. iiii. imponuntur & ex rosa  
 cea orbiculi cōficiuntur: & ad usum seruantur. In hac tanta  
 diligentia cauendum est inter cætera: ne quis ex familiari-  
 bus loca adeat suspecta: nisi alio prius cōmanducato: epo-  
 to q̄ uino meraciusculo. Alii dari suadent plebeiam anti-  
 dotum ex nucibus iuglandibus: ruta: fico sicca: addita sa-  
 lis mica. Suspectos a propinquo & a uento alloqui peri-  
 culosum est. ea. n. ueneni uis uēto in corpora deferri haud  
 dubium est. In qua item obseruatione cauendum est: ne  
 canes: cati: felle sue: aut aliud animal: per suspectas domos  
 peruagari possint: deserūt enī plerūq̄ a uicinis pestilentia  
 Publica sana: ac cætus omnes cauēdi sunt. Si qua diei ho-  
 ra Deum placare in animo est: priuata ædicula: aut altare  
 cōmode uti debes: q̄ adire libere & tuto possis: Vitam li-  
 beralem ducere opus est: studiis interdum uacare: & iocis  
 nihil de pestilentia cogitare: utile est. Sæpe uestimenta mu-  
 tare: aut suffitu: uel igne malam uim arcere. Contra pesti-  
 lentes tractus a priscis lasser per dies assumebatur: uel aron  
 in cibus: & myrrhis: Lauri item folio trito olfacto q̄: eadem  
 contagia prohibebant: miri effectus etiam si comburatur.  
 Alia item sunt quæ inter compositiones magnas uires ha-  
 bent: qualia sunt Corallium & margaritæ: ex gemmis car-  
 bunculus: hyacinthus: smaragdus: saphyrus & his similia  
 habent. n. officinæ gemmas uiliores informes: inæquales  
 cauas: glatie: aut nubeculis maculosas: a mangonibus ne-  
 glectas quæ in farinam conteruntur ad nobilitatis usus:

B

*Laser Azon  
 Myrrhis. Lauri*

ex iis trochisci siue pastilli fiunt: ad medicinam. Antidotis quoque imponuntur ueluti theriacæ: uel mithridaticæ compositioni: diamuscho: condito rosato: buglossato: uiolatoro: uel potionibus matutinis: gemmarum pulueres bibuntur oboli .p. maiori utilitate: quæ quæ matronarum digitos pingunt: mira enim potentia cor recreant: exhilarant: uires tuentur: & ueneni uim abigunt: de compositione suo dicemus loco. Hoc tempore pilam manu gestare odoratam quæ ex calidis siccisque odoribus constat hyeme presertim: ad maximam tutelam facit. unguentis ætas nostra non utitur: alioqui in omni genere luxuriæ antiquitatis æmula: quæ Zibethum animalis cati magnitudine ex cremetium ex naturalibus habet humoræ ac Muscum suauissimum spirantem: Illud ex proximo nares acrius ferit: & ex quo plus est, musco tamen charius comparatur: & enim odor qui gerit ipse non sentit. Pila ex his constat Ladani quæ purissimi uncia: styracis: calami odorati carpobalsami amomi nardi spica omnium drachmis. iij. gariophyllorum nucis assyriæ odoratæ: xilocalces cassiæ omnium scrupulis. ii. musci electi obolis. ii. sigillatim conteri mox omnia in mortario æneo tudicula candente: cogi debent: quisquis tam est odor potentissimus nouissime additur: impendio non parentes zibethum opobalsanum: malobathum quæ folium uocant addunt: hæc pro facultatum portione. Plebs ladano: thure myrrha amaraco. pulegio: ac croco contenta sit: eo quo diximus modo. Altera est pila quæ maximis conuenit feruoribus quæ hoc modo fit: rosarum ru. uiolarumque farinæ singulorum drachma nymphææ floris drachma. i. s. Corallorum rubricæ lemnix: drachmæ. ii. cœnantis: succini omnium semidrachma omnia trita per cribrum secernas: nouissime camphoræ semidrachma. musci obolus addi debet. ladani & terebinthinæ quantum satis sit ad coagēda omnia addita aceti stilla: suspecto præterea tempore scabies alioqui importuna impetiginisque: uel articularis morbus securitatem afferunt: quibus sanguis repurgatur. Constatque hæc ob causam a physicis sæpius prædici solere: scabiōff

Zibethum  
Muscus

*Pilæ odoratæ  
Compositio*

Malobathrum  
folium

tonicam intimam precio sibi quisq; mutare debere: & scabiem nō abolere: qui infestatur: uerū malos humores emē dare: neq; unguine uti: sed sanguinē si immodicus est protinus: dimittere: nō eā tamē scabiē laudauerim quā in fanda ulteris putredine serpit pruritu in tolerabili qua corpora ungue dilaniātur: Hippocratis testimonio. Si quē igrūē aut carbūculus ex familiaribus tentauerit: quā reprimāt: aut discutiāt materiā uitāda sunt: imo cucurbita si opus ē materia idē extrahatur: & ex iecoraria uena sanguis dimitatur. Tument tamē inguina quādoq; uerē dorū ulceribus quā nullam morbi suspitionem afferūt: si febris non est: Sed quia aeris mētio facta est. & cubicula multi fatiam ab aere pestifero repurgari docuimus: pati ratione. Diuinus Hippocrates plures Ciuitates liberas fecit: quā pestilentia ex solis lunæq; defectu laborabāt: crebris ignibus p uicos ac. Circa urbē dispositis: quo sapius facta ciues ab ea labe liberauit. Idē auctor memoriæ prodidit occludi oportere portas fenestrasq; ac meatus omnes: uersus eā regiōis partem uergentes: unde flatus pestilētes spirare uiderētur: immisso fenestris nouis aquilone & abstructis pestilētib; in nauaq; pmutata atq; ita oēs incolumes fieri. Exemplū unū nō pratermittā ætate nostra memorādū: q; ratione physica cōfirmatur. Quidā mercator cretēsis nobilis nobis narrauit cū itaurica regione negociaretur: & sæuissima pestis orta esset aeris uitio: quo finis moriēdi nō erat: in ea sumā hominum strage a se medicum uisum loci eius incolam nam sarmatæ ea loca tenēt. qui canes omnes interemptos passim per uias per q; uicos oēs abiici iussit: q; distēti. & putridi tetro odore calū impleuerūt: quo remedio statim ciuitas sanitati restituta ē: & sarmatas id remediū factitare solitos. putrescentes enim canes aeris naturā immutarūt: quā hominibus duntaxat exitialis erat. Ita enim dissimilitudo facit: & rerū discordia: nam uenenū ueneno interdū debellatur: q; etiam Zoar quidā inter posteriores physicos affirmat: ut statim dicemus.

De uictus ratione:

Caput septimum:

B ii

Hippocrates

Hippocrates

*Mira pestis sedatio  
ex ramis. tauridatis.*

Zoar

Panis

Galenus

Thæc sunt obseruationes quæ ad aerem perti-  
nere uidetur: nunc quæ ad uisum attinent ex-  
equamur. Panis igitur ex tritico mundo a quo &  
Galenus incipere solet: non suspecto fieri debet

aqua collectus q̄ purissima: furno coctus priuato lignis  
non uitiat: neq; damnatis. ea superstitiosa aliqui putabūt

in iis. n. maxima uis est: q̄ olim experimento cognitum ē  
balneo putridis lignis calefacto: multis interemptis. Hye

me uero & iis qui crudi sunt uinum cretense uel salernum  
maxime a Gal. laudatur: aut rheticū: austerū prima mēsa

assumi debet: deinde mediocris potentie: astate clarū sua  
ue: nullarum ferme uirium. Veteres probabant inter quos

Celsus alternis diebus inuicem modo aquā: modo uinū  
bibendum ex posterioribus medicis non nulli in totum a

mensa arcent. Veteres absynthite salutare in omni pesti-  
lencia habebant. De cibis: ut ab his quæ ad primam men-

sam ueniunt exordiar. lactuca ex aceto conuenit: qui oleū  
addūt magis gulæ q̄ stomacho consulunt: Seris: cichoriū

emedullatum coctum magis q̄ crudum prodest: difficilis  
enim concoctionis est: portulaca: acetosa herba: inter cæ-

teras peculiaris in pestilentia medicina: non minori glo-  
ria habetur Sonchos q̄ Scariolam punici uocant: & q̄ bi-

pinellam uulgus nominat: hyeme uero ruta: saluia: mcn-  
ta: pulegium: ambrotanū: artemisie: buglossum: hyssopū

apium: serpillum: mellissophyllum: sanfucus: betonica:  
Kalendula: Diſtamum. & capares: mali medici flores: qui

odore & uiribus cæteris præstant. Suauiores in italia q̄ in  
oriente. Quidam mali medici carnem tessellatim conci-

dunt cum cortice ad hos usus: q̄ nisi firmis stomacho da-  
ri non suaferim. Secunda mensa lens sola inter legumina

probatur alioquin a Galeno damnata: sed cortex demi-  
tur: primaq; aqua in coquendo diffunditur: hyeme ciceris

ius omnium consensū laudatur. Siferem & pastinacam  
emedullatas laudauerim: & q̄ Gallicam uocamus: græci a

colore glaucum: uulgus careotam dicitur. Tosta enim ex  
aceto addito aromatis momento cōmendatur: uel in pri-

Uini

Galenus

Cibi

*Cibum rariū difficilis  
concoctionis.*

Sonchos

Galenus

ma mensa: inulæ item radix aspagus: æstate lupulus quæ  
 lupum salictarium prisca uocabant. Prodest & quæ specia-  
 lius radícula appellatur: herbarii raphanidâ uocant gu-  
 stu sinapi proximam. At carnis usus moderatus esse de-  
 bet: in hoc enim casu uictus athleticus dânatur, abstinen-  
 tia iuuat hoc est nō nisi q̄ oportet sarietas enim ac fames  
periculosa sunt: nec nisi intemperantes hoies pestilētia con-  
ficit, Tēpestiua igitur abstinentia: & tēpore: & modo: & or-  
dine habēda est. Caro igitur optimi tēperamenti esse de-  
 bet: assa magisq̄ elixa: qualis est uituli lactētis: apri: capreo  
 lishædi leporis. pulli: gallinacei. Veruecis anniculi: cuius  
 & uituli pedes ex aceto p̄ferūtur: in uitula: ac fœminino  
 hædo adenes māmārū laudantur Galeno teste: oua sorbi-  
 lia prima mensa cōueniūt pruna incocta: uel ex uuæ acer-  
 bæ succo. Capo. perdix lepus attagen. ut Galenus tradit fa-  
 sianus: merula turdus biduo maceratus aceto auiculæ om-  
 nes turtures ac palūbes. Cōturnicē uero anserē lagopū q̄  
 cito marcescit: & anatem dānauerim: & earū pullos quos  
 Galenus imprimis preter alas coarguit. Quidā aceti acri-  
 moniā passa minuta uel passo admixto cohiēt: frigidita-  
 temq̄ cinnamomo tempant. Ex piscibus procerū lupum  
 laudamus tū marinū tū fluuiatilē eiusdē. n. sunt noīs atq̄  
 similitudinis: uerum marino p̄cipue suauitas longum ro-  
 strū nullis spinis inter cursantibus: belonē siue acū uulgo  
 anguifigula dicitur, nullū barba isignitū: & marinū & flu-  
 uiatilē auratam: labrax uero quæ uariolū uulgo uocat ma-  
 xime laudatur in hoc genere & trutā fluuiatilē ob simili-  
 tudinē posuerim. Mugiles pelagicos cōmendauit Gale-  
 nus. Oēs piter pisces: q̄ carnis cādore: & suauitate cæteris  
 a gula p̄ferūtur. eo tēpore laudantur. Si ex aqua fuerit nō  
 dānata qualis salmo ē in aqtania oibus marinis p̄latus: &  
 carpio in benaco lacu nostro oium laudatissimus: lombri-  
 cos itē fluuiatiles oibus p̄tulerim sed quia raro capiuntur  
 qui librā excedāt: raritas laudem ademit: optimi. n. sunt  
 succi uulgo lampetram uocitat. Pisces oēs ex aceto tosti  
 in craticula primi meriti sunt secūdi uero gelu p̄stricti ha-

Lupus  
 salictarius  
 Radicula;

Galenus

Galenus

Galenus

Lupus  
 Acūs belona

Labrax  
 Variolus

Galenus

*Lombrius flumina-  
 tilis Lampetra.*

Saxatiles

Capitones  
Paguri

bentur. Saxatiles oēs a nostris medicis maxime probātur inter quos a magnitudine capitis foro iulienfes nostri capitones uocāt. Secūdi meriti sūt q̄ in harena nascūtur piscēs oēs. Leuiores pelagici ut quos paguros uocāt. reliqua p̄mittimus: nā medicinā hoc in loco nō Ganearū culi / nā tractamus: Oleosa p̄terea: ac pinguia oīa uitanda sunt, ac lactis oīa genera. Quidā oxygala dari censuere. sed sto machi rō habēda ē: alioqui facile computrescit. In ultima mēsa ex fructibus oēs qui in stomacho haud difficulter ui tiātur: cauēdi sunt. qualia sūt mala armeniaca: cerasa: mora: cucumeres oīo dānātur: melopepones q̄q; nisi p̄stātes sint: ac in prīa mensa: pomaq; q̄ melimella dicūtur: ac pi ra fragilia probātur tosta p̄sertim sacharōq; cōtrito super iniecto: id p̄scis delitiis uix notū fuit: nūc plebi: uel rusticis familiare. persica ex uino austero utiliter cōmāducātur: a mēsa pisciū: nuces iuglādes si modus ē utiles sūt. amygdalæ ī aq̄ infusæ: pistacia: nuces pineæ: coriādrūq; sacharō cō secta: uel ex iis discussis tunicis ex passa amygdalæ suauiter comeduntur. Citrea mala & eorū genera utilia sūt: nā & ciborū cupiditatē afferūt. Moreta siue oxypora idē prae stant ex aceto aspero uel uix acerbæ succo ex iis hortensi bus q̄ supra cōmemorauī: uel mali granati suauiter acris uino. hyēme sinapi cōtētus esse debet. Quidā oris suauita tem cōmendant seīe citreo cōmāducato: q; & aeris pestife ri noxiam abigit. Si quotidie estur: hyēme cinnamomum zinziber: cardomomū gariophylū. nux assyria: ac macer cū dictamo. corallio: croco: additis ceruini cornu ramē tis contrita. n. & cribrata. Sp̄rum nomē ab auctoribus sōq; sortiuntur. & in eduliis cibariisq; oībus utiliter inspargun tur: in reliqua uictus consuetudine: q̄ minimum mutare debemus:

Sacharum

Moreta

Oxypora

Species

De somno ac exercitatione. Caput octauum:

**h** Octpe mane surgendū nō ē. neq; pedibus nudis ambulandū: tēpectateq; uarias uariis uestimētis obseruandæ: ne frigore: aut ni mio æstu fatigētur



corpa: eodē saepe die uētoꝝ cā mō frigus sentimus: modo æstu laboramus. Sōnū meridianū p̄scā posterioreſq; me diōrū scholæ dānauere iuſuetis maxime: & peſtilētiæ tpe: abſtinētiā laudauere: mō plus cibi mō minus aſtumi ſua/ det Paulus æginita iſq; mō calidus mō frigidus eē debet. Interdū & exiccantis naturā idē & de aere arbitrabatur. Aetas quoq; noſtra repletionē ſiue crapulā uitādā ſua/ det: ſamē nimiam: ſitim, fluxū. uōmitus. ac uenerē: crudi/ ratē quoq; lætalē putat. Balnea. fatigatiōes: ſudoreſq; mi/ nime tuta ſūt: eo tempore arcu. fabulis. iocis leui lectiōne liberalibuſq; ludis animū. recreare iuuat. frictiōes corpo/ ris Galenus ubi opus ſit: laudat leues triſticiamq; ſi quid adueſi euenit leuare oportet & animi merorē pellere. ni/ hil de peſtilentia cogitare. Plurimū enim refert acri inten/ tione aliquid animo uolutare.

Pau. æginita

Galenus

Potiones & alia auxilia in peſtilentiæ tempore  
caput nonum,

i N primis hominis (ut diximus) proprietatē. ac aeris circūfuſi. uel aquæ. uel alterius rei naturā noſſe oportet. quibus facile occurrimus contra riis qualitātibus. uel iis quæ ſine certa qualitate ſed ſpeciali dumtaxat forma ſubueniunt. Verum prius. q̄ diuinus Hyppocrates inceſſanter clamabat. per q̄ humida corpora ſiccanda: impuraq; purganda: ac poros aperien/ dos corporis. q̄ Galenus ſe factiſſe ſcribit: quo tempore frequentes carbunculos orin̄ uidebat certiffima peſtilētiæ auguria ex abūdanti putredie. In quo caſu ſanguis mittē/ dus ē: ſed mōs ſeruādus. magis tamē q̄bus in uſu ē. uel q̄/ bus ſanguis melancholicus ſubſtiterit: ut mēſes in mulie/ ribus & maribus hemorrhoides: aut in utroq; geuere nariū profluuiū. tēpus idoneū ē plenilūnio. Qui uenam ſecari non patiuntur. natibus cucurbitas imponant: aut ſanguifugas: ſāguineis: ac morbidis corporibus id ſæpius fieri debet. Vomitus (ut diximus) obest niſi ſponte fiat. Ma/ lam enim materiam ad uitalia trahit. Aluus mollienda eſt

Hyppocrates

Galenus

**Ros syriacus** rore syriaco: q̄ manna uocant iudei officinis nunc familia  
**Manna** rissimo: Siliqua egyptia: q̄ cassia fistulam falso appellauere  
**Siliqua** cassiæ fistulæ odoratæ nomine errore manifestio de qua  
**ægyptia** supra diximus Galeni Pliniiq̄ graui testimonio: tamarī  
**Galenus** dis quoq̄: ac uiolacea potione. Alii ubi aluus astricta est:  
**Plinius** clysterē infundunt comunē. Sed remedia addemus ce-  
 lebratissima quibus uentrem exoneramus: ac corpus  
 tutum reddimus. Catapotia enim sunt Ruffo ascripta  
 quæ ex iis frūt aloes hepatitis lotæ. p. ii. myrrhæ purissime  
 quâ stacten uocāt: croci omniū. p. i. ex uino dātur summo  
 mane drachme po. aut semidrachmæ. Qui his catapotiiis  
 usus est ut Ruffus promittit: neq̄ pestilentia: neq̄ cōtagio  
 ne unq̄ correptus ē. At Paulus æginita auctor grauiissimus  
 aliter describit hanc potionem propinandam: quā nostri  
 in catapotia digessere: quæ deuoratu faciora essent. Ille  
 autem ex Ruffo ita demonstrat. Aloes hepatitis lotæ parti  
**Galenus** bus duabus hamoniaci: thymiamatis: tantumdem myr/  
**Ruffo** rhæ parte una: hæc i uino diluta meratori danda sunt: pri  
**Paulus** sci cyathi mensura. Idem Paulus æginita spondet Galeni  
 auctoritate rubricam armeniacam potam drachme. i. p.  
**Galenus** Summopere prodesse: & hyeme theriacā pari modo ex ui  
 peris compositam. Qua romæ Galenus usus est maxima  
 in pestilentia: quæ omnibus bibētibus salutaris fuit. Sed  
 eo peruenit audacia & non solum priora immutarunt:  
 sed etiam aliquid addiderunt. Quidam zoar nomine ne  
 scio qua rerum coniectura usus inter barbaros medicos  
 non infimus fimo columbino his potionibus catarticisq̄  
 usus ē in aeris & aquæ ui pestifera: neq̄ id casu ductus: cras  
**Paulus ægy.** fos. n. hūores detrahit: ac putridos sua sba similitudie: pro  
**Galenus** spero (ut dixit) euentu. lis sæpe salacibus coniecturis corpo  
 ra humana hominibus uescenda damus aromate asserua  
**Mumia** ta q̄ mumiam barbaro nomine uocāt: ut ignarum uulgus  
 sui generis edat carnem In fado naturæ piaculo cæteris ue  
 luti deficientibus in medicina remediis. Num satis erat ut  
 peras nocentissimas serpentes antidotis admiscere: nisi &  
 humanum adipem ad unctiōnes studiofius inquirat ætas

*fimus co. u. d. m. s.*

noſtra ridicula ſæpe:& uana fruſtratione cum non proſit  
 qui magna promittunt alia cõmiſcent. quæ ſunt effiçatio  
 ra. Sub quibus latet quorũdã empiricorũ rapinã. Sed ad  
 noſtras potiões redẽaus. Inuẽtũ ẽ & ſæculo noſtro qua rõ  
 ne ſanguis hũanus bibatur:quo oſtento ſeris iſtis ſeriores  
 ſumus:nõ ſine enim horrore reſectorum corporum exta  
 aſpiciũtur:q̃to magis aſſumi:quafi ſanitas:aut longior ui  
 ta haberi non poſſit: niſi ex homine. ſam ſanguiculum : &  
 pulpamentũ in cibos ex ſanguine & humana carne:expe  
 ctamus:quis non iure accuſabit medicinam mõſtrorũ ma  
 ſtram hæc hominum proſecto non artis uitia ſunt in qua  
 re & xenocrates a Galeno damnatus eſt: hoc q̃ ſuperſticio  
 ſis medicis dictum ſit . Vbi corpus refrigerandum eſt  
 uiolacea potione utimur : roſacea:uel citrei mali admix  
 ta portulacã aqua. Cichoriiue ſeris acetofã:q̃ oxalidẽ qui  
 dam uocant:cretas oxynidam uulgo dicunt . Sonchi bu  
 gloſi illam ſcariollam uocant:omnium ſemũtia. Alia po  
 tio eſt diligentioribus obſeruata:mixtus effectus in qua &  
 ſtomachi & cordis ratio habetur. Seris : ſonchi acetofã :  
 bugloſſi: ſingulorum manipulus:Seminis item acetofã  
 portulacã ſeris:& mali citrei excuſſis tunicis:omnium ſe  
 mũtia :roſarum ru. uiolarum nymphaeã lilia:bugloſſi utri  
 uſq; generis omnium drachmã.iii. roſmarini.ii. aquã ro  
 ſaceã triduo iuſta infuſione macerentur:poſtea p furnibu  
 lũ leui flãma deſtillãs aq̃ excipiat:in qua & ſacharũ addi  
 mus & citrei mali ſuccũ & ſandalorũ ſarinã:ſpodiiq; mo  
 mētũ eadẽ facito inferueãt: ad liq̃di mellis craſſitudinem  
 ex qua binã uncia p ſe mane aſſumũtur:& tribõ horis an  
 te cenã. Vbi excaſfacere opus eẽt pro cãli qualitate ac hõ  
 nis hitudie. Ea potio utilis ẽ:in qua betonica:chamædryſ  
 cichoriũ calamintha : ſanſucus oĩum pares potiones :cor  
 tici medici mali. Zedoariã iunci odorati ſtycadis exiguo  
 garyophyllo ac cinamomo additõ: Aĩaduertendũ tamen  
 ẽ ubi hoĩs hitudo frigida ẽ:ac cãli qualitas cõtraria:naturã  
 hõĩs ſequi oportere:in qua ſnia:& Galenũ fuiſſe uideo:  
 nã aeris caliditati ſpõre aduerſatur natura. Aerq; ex oĩ cõ /

Galenus

Acetofã  
 oxalis  
 ſonchos  
 ſcariolla

Furnibulum

Galenus

fesso id elaborandū est ut corporis omnino temperamen-  
 tum: uictu exercitatione: potioibus: leto animo cæterisq;  
 præsiidiis conseruetur. Aliud itē præceptū est: inter omnes  
 regulares obseruationes: ne sanguinis naturale profluiū  
 de quo diximus: hoc tēpore prohibeatur neq; itē scabies  
 de qua diximus unguine sanētur: ac ulcera corporis imple-  
 antur: male enī sibi consulunt: imo scabiei contagione  
 pollui certissimū est (ut diximus) remediū: quo corpus ab  
 ea peste tutissimum redditur. Alios in eo metu tibias uel  
 brachia cadēti ferro inussisse alios pustulas exulceratorio  
 medicamento excitasse scimus: ad malos humores auer-  
 tendos remedia certissima. At cui sanguinis dimissio ne-  
 cessaria est per quatrīduū: hac in potione materiā digeren-  
 tēte matutinis horis uti debeat: in quibus & cordialia im-  
 ponimus. Habet glycirrhizi radices hyssopi singulorum se-  
 nunciam mellissophylli siue citreaginis callitrichi om-  
 nium manipulū. seris seminis portulacæ: sandali utriusq;  
 ramētorum drachmas. iiii. aquæ quātū satis sit. Sachari ex  
 ide librā exiguo aceto addito: ac aromate calido cordiali  
 ceu garyophyllo aut nuce assytia & si frigidis opus ē me-  
 dicabiliter aspirare fertur. rosa uiola: cichoriū: acetosa. san-  
 dali scobs: & alia huiusmodi q̄ cordi titubāti subueniunt.  
 At astrictæ aluo interea infusionibus subditis: ac colly-  
 riis: quas glandes Paulus ægiuita uocat cōmodatissime  
 succurrimus: cōcocta materia catapotiis Ruffi uentrē pur-  
 gamus. exinde uenā seccati iubemus: ex coraria uena as-  
 fuetis p̄fertim: & ubi sanguis exūdat atq; corruptus ē: alio  
 quin manus abstinēdæ: ne cōmoto inter uenas sanguine  
 ad cruditatem siue ebullitionē reliqui inducantur humo-  
 res: uiresq; inutiliter demātur. At si p̄ter sanguinē alii hu-  
 mores purgādi: extrahēdiq; sunt: uehemētioribus hoc tē-  
 pore medicamētis opus nō est. quæ uentrē pturbēt: & cor-  
 poris itus hūores fluctuantes reddant. Dandaq; opa ē: ut  
 si corpus itegrum ē: q̄ iā pridē liberalius hō uexent: ac ca-  
 ste: ut medicamēta nullo mō assumat: Intēpestiua .n. sunt  
 At si materia demēda erit quātitatē nosse ope p̄tium est:

Paulus  
 Collyria  
 Glandes

q̄ ex urinæ argumēto agnoscimus: ubi plus minusue sedi  
 mēti fuerit. At p̄ter theriacā: ac mitridaticā illam nobile  
 antidotum aliā mixturā sunt: q̄ eo tpe maxie cōueniunt  
 inter quas medicamētum q̄ diamuscum uocamus. Item  
 & dialithō. Diasuccinum odoratum. Terrā lemniam ex ui  
 no laudaueri si haberi pōt antidotis quōdam familiarem  
 Cuius rei cā Maumethus turcorum rex auarissimus capta  
 asia Lénium insulā lucris spe occupauit: nā rubricā lemnīe  
 prisca audiuerat auctoritatē. Alii aliā referūt cām. nam ter  
 ra lēnia nomas suas curari posse spabat hoc ē ulcera serpē  
 tia q̄dā q̄ cū neq̄ cōpescere: neq̄ sanare potuissent medici  
 eā cū tota insula iracūndus rex damnauit pristinae reputatio  
 nis tedio. unde prisca illa auctoritas q̄ adhuc retinebat in  
 sula eius infausto auspicio adēpta ē. Reliq̄ simpliciu facul  
 tates q̄ pestilētiā priuati aduersatur: suo dicemus loco. At  
 q̄ cōpositiōes q̄sdam ptractabimus. His igitur pactis ob  
 seruatisq̄: exonerato corpore: ac ppurgato neglecta uenere  
 balneo uomitu: sudore: uictu liberali addito. cæterisq̄ ob  
 seruatiōibus rite pactis pestilētia oīq̄ cōtagione q̄sq̄ sese  
 tueri pōt. Hinc ad curatiōes pestilētiā transeamus.

De natura pestilentis febris, caput decimum.

I uero neglecta obſuatiōe: aut p̄ ignorantiam: aut  
 s ex iprouiso: uel alio casu febris pestilēs ex familia  
 ribus aliquē iuaferit: cōfestim mutandus ē cæli sta  
 tus: & i plures ptes distributa familia lōginq̄ regiōes petē  
 dæ sūt: uel ita segregandi oēs: ne si q̄s cōtagiōe male affe  
 ctus ē: aliū quoq̄ cōtaminet. Ea. n. labes ex aeris circumfusi  
 corruptiōe uel mala qualitate: iter respirandū ad cor pti  
 net uitalesq̄ spūs ificit q̄ & aeris uenenati uis in regia ui  
 tæ sede iter se colluctatur: donec uirulētū uirus: occupatis  
 spiritibus hūores piter q̄ in p̄sidio sūt corrumpat. Vnde  
 Ignitus seruator p̄ter naturam diras flammās sine itermisio  
 ne per uenas arteriasq̄ ad corpis extrema eructatur. Aut  
 idem pestifer aer nos ambiens (hoc enim per q̄ r̄rum est)  
 cutis ita meatus subit: ut ardens inde febris oriatur: in pu  
 trido febrium genere: ut Galeno placet. Vel ex aquæ quan  
 doque potu exitiali euenit: uel cibus noxiis assumptis

Maior metus. Lemni  
 occupauit.

Alia def. fe/  
bris pe.

uel aliquo apostemate pestifera natura in corpore enato. Et ex omnibus humoribus: qui magis putrefactioni parati sunt: febrem pestilentem reddunt: a quibus febris nomen habetur. Cum plurimum tamen ex sanguine billicq; ruffa: ex phlegmate uero raro: cū uitio aquæ uel pestiferi cibi fuerit: fieri solet.

De Notis pestilentis febris. Caput. xi.

Estilens igitur febris inter initia remisso extrinsecus calore hominem aggreditur nec protinus sæua oboritur. At itimis præcordiis magisq; reliquæ febres æstuat: & maiora intus incendia miscentur. Vnde uellamenta non sustinent: sed nudi quandoque: si sine custode sunt in puteos aut in propinqua flumina se iniiciunt. Euenitq; interdū calore: uenarumq; motu remisso: urina que sani haud dissimili: ægrū præter opinionē ocissime rapi ex oculus medici. In uniuersum omnes huiusmodi febres exicales sunt atq; protinus enecant magisq; quæ ex ruffa bile: aut sanguine fiunt: ætate præsertim: cholericæ aut sanguineæ habitudine. In quibus ardentes oculi sanguinolenti uel facies inflamato rubore mutata cernitur: sepius uero uultu adeo truce uidetur ut pristinam nō referat formam. Oris sapor: ac linguæ color humoris naturam indicant: quæ cū plurimū nigra est arētis similis & exerta: sitisq; uehemētior quæ omnia ex ore stomachi uapores noxios extuāte proueniūt: ex naribus quandoque spiritus feruore quodā prorūpit grauitè olens aut pituita interdū continenter profluit Paulo æginita auctore: pestifera auguria. Vt: nax color uariis ē: modo clarus: modo rubens: liuens quādoque in suprema humoris parte: spiritalibus mēbris obscessis. At initio ueterinaria semp exitialis: q; & seculēta ē: iperitis etiā nota. Quæ clara lymphidag; ē calore natiuo pfugato redditur i cōcocta: quādoque tñ alba lutea: purpurea hūoris dominiū denūciat. At Paulus æginita duo tātū genera demōstrauit: biliosam aquosam & nigrā mali sedimēti pessimeq; nubeculæ: ueterinariæ cū ē genitalis calor extinctus: q; excremēti huius partes liquidæ

Alia def.

Paulus

Veterinaria

Paulus  
æginita

ac tenues crassamento non secernit: quo fit natura suo calore destituta: omnia indiscrete permanent. Quod ediuerso in optima ualitudine: aut morbo: de quo tutus medicus esse potest: contingit quæ & si frigore confunditur: ac perturbatur: eadem ignis tepore pristinam claritatem remittit quæ a physicis nris rone ostenditur. Alia quoque urinæ si gna calidissimi rerum naturæ medici ac philosophi tradidissent posteris: nisi in dubio quoque eorum uita fuisset: Capitalis enim pœna est tales ægros uisere. Ex aluo uero quædam proluuias. liquida scædior horrendi odoris spumosa uncto fluenti similis luthea interdum: atra quandoque: cum multo crepitu sponte erumpit: ut tradit Paulus æginita: Euomunt sæpius: modo bilem ruffam: modo atram graue olètem: Quidam guttas sanguinis cœcretas lætaliter emittunt uomitu: aliqui sanguinem reiiciunt: Sudor præterea in modicus scædissimi odoris frigidusque: uiribus intermorientibus undique profluit: Pustulæ quandoque siue ardetes papulæ: quæ liuidæ fiunt per membra oriuntur: quæ subito quandoque denitescunt. Os quoque ulcera male habent infantium aphthis quæ similima: Quæ ex corrupto uapore sublimitatis auido nascuntur. Cùm plurimùm lætifera: continuæ nauisæ uomitusque: ac stomachus cibum respues lætalia sunt prognostica: ex uicinitate oris stomachi cùm præcipatu cordis: præsertim si lenta febris affuerit: capitis itē dolor si ægrum fatigat suspitionem auget: ex quo & delirium sequitur. Respirandi item anxietas thoracis totius incendiō: in quo casu spirandi magisquæ respirandi necessitas apparet: At artierarum pulsus in huiusmodi febre sæpe tenuior est: sed frequentior: nocte tamē uehementior fit qui inæqualibus mouetur interuallis. Membra interdum contrahuntur. Paulo æginita teste. Anima sæpissime deficit. Tussicula: uigiliæque ægrum excruciant. unde mens quædam stupet: uel intellectus confunditur minaci que quodam furore ducuntur: quæ phrēnetim uocamus: Somnus quædamque profundior ubi carbunculi maxime otiantur: stomachi præterea dolor lienis inflatio præcordiorum tumor appa

Paulus

Paulus

Panus

ret. Membra resoluuntur ut consistere nequeant. Inlecto uero caput & extrema impatibili quodam langore iactant: ut stare loco nesciant: At indubitata signa sunt faucium: aurius: alarum inguinumque tumores quos Panos uocamus: ac carbunculi quas anthracidas uocant graeci. Animae defectus in prima secundaque die uultus priori dissimilis: pullus enormiter sese mouens. Vomitus perseverans. urina turbida feculenta. animi anxietas iactatio corporis certas pestilentes febres uel plerisque ex his notis haud dubio digno sensum inuasisse. ut medicis ephimerinam febrem existimantibus. aegri subita ac presentanea morte rapti sint. de qua re statim aliqua subiungemus. exempla.

Qui praeter mediocrum opinionem ignota pestilenti febre subita. ac improvisa morte interiere. Caput. xiii.

.M. Antonius Cornelius patricius uenetus inter seuerissimae pestilentiae aetatis nostrae initia in qua plures medici extincti sunt ignoto morbi genere nondum enim pestis detecta erat: febre satis leui correptus est: quam uel ephimerinam putabant submisso per membra calore. & caeteris notis securitatem promittentibus. vii. die caput. ac ceruix sudore frigido maduerunt. atque protinus interiit. Interea dum admittarentur medici dum casum inopinatum perscutarentur. dumque uulgi insanum eos danaret inscitia. Ecce per plures uicos ciuitatis pestis acrius urbem coepit premere adeo ut. ccc. protinus singulis diebus funera tumulis redderentur. ac nisi subita populi. ac nobilitatis fuga facta esset. maiori strage afflictam ciuitatem suisset. Sed hoc unum referendum arbitror nugator maligne ac mendicomastix impudens nulla est in tanta febrium ambage infidiosior. nulla fallatior: salutem enim in fronte permittit occipitio uero exitalem exitum refert. Pestilentia quae athenas quondam saeuissime grassata est ut Thucydides refert ex ethiopia quae est super aegyptum deinde in egyptum libiamque descendens contagione pyreum occupauit ita ut initio ab

Thucydides



omnibus diceretur uenena in puteos a peloponésibus esse deiecta. mox uniuersam urbem infecit: quæ eodem anno nullo alio morbo omniũ cõfessione laborauerat. in ea enim nescio quid ueneni inerat preter consuetudinem in qua nullum remediũ idoneũ repertũ est quod quis diceret uti le fore si offerretur. Cadaueraq; insepulta a nullo aiali in tacta fuisse uel si attingebantur p̄tinus necarent. Vnde circa cadauera neq; alibi uisebatur alites. Patuui quoq; ætate nostra Antoninus quidã sculus disciplinarũ nostrarũ seftator laterũ dolore urgebatur. Pleureticusq; a medicis habitus ẽ is quinto die obiit: ac pestilẽtia statim subsecuta est. Miratur p̄pterea phisici nostri in tãta ueneni reputatione. calorẽ corporis quãdoq; adeo remissũ. urinã clarã uenage motus æquales: ut certã oĩno salutẽ quib; possit p̄mittere. Hoc autem cõtingit nõ ex morbi subiecto. sed cibi materia quã aliquĩs per p̄ficitur. unde urina salutaris apparet ille so iecore salusq; renibus quia morbi materiã pauens natura cõgredi nõ audet. nec in præliũ descẽdit facile cũ ueneno statim moritura. sed corporis paululũ habeãs moderatur. & regit. Vbi dũ tẽpore decretorio bene sperandũ putamus mors inopina ægrũ rapit. Quod & phisicis eneni re solet. Aliq̄b; idẽ pariter euenit in idẽ urinæ notis arteriarũ æq̄litate nõ spernẽda leui febricula in qua die critico sanguis e naribus p̄rũpit. quo auxilio dũ securitatẽ ægris p̄mitteret medicus exinde mors insperata intercessit atq; misere præsentaneo ceu ueneno rapti sunt. Pestilẽs enim uirus in aliqua corporis parte latitãs modũ speculatur est. apertõq; deide Marte cũ natura pugna cõfecit. Et duæ aliquãdo febres (ne in infinitũ habeamus) cõeunt. quæ altera medicinæ p̄sidio sanatur: altera in aliquot dies p̄trahitur: cuius materia iã putrefacta celerius pestilẽtiæ uirus cõtrahit ubi pestis ciuitatẽ p̄cipue grassatur. Dũq; tumet eos successu medicus dũ supbia inflatur aĩus & nummi spe titillat auaricia ex ipso uiso moritur æger. Quas ob res multiformiter in sana uulgi censura medicos nostros damnari uidemus: sed de malis in pestilẽtiaprefagiis dicendum est

## De malis prognosticis in febre in pestilētia caput.xiii.

**Symptomata** c  
 Xitialis plurimum ea febris est in qua continuo metu angitur æger: Gibiq; tedio de die in diē ducitur. contra animi securitas: ac ad cibum obsequens animus salutem sæpe denunciant: nec id tamen perpetuum est: audiuius enim non nullos in quarta quintaq; die ceu conualescentes per domum oberasse: ac cibos non respuisse. Paulo tamen potest exirasse: In iis igitur febribus exitus incertus semper habetur. Color remissior quam par est reliqui que affectus uehementiores: quæ incidentia siue Symptomata uocamus suspecta sunt: facies commutata liuida: aut cum purpura nigricans maculisq; pluribus uaria: mortē in propinquo portēdit: urina seculenta: de qua diximus. Si nullum in ea subsidet crassamentū mortifera est: quæ si diu perseuerat & uires ægro lunt longum morbum. Si imbecillitas ē præsentaneam perniciē presagit: in summo aquosa perseuerans terti odoris atrii coloris: ac crassa pestifera est: liuida mala Ventris item fluor horrendi odoris uariiq; coloris: ante digestiōis signa damnatur. Biliosa ac multa qua æger nō conualescit: mala existimatur: uncto similis: de qua diximus terti odoris: in cuius summo lutheum quoddam uilulentumq; cernitur: ætiferā est. Sudor frigidus circa caput: ac collum febrī nihilominus sceuiente: mortem minatur: Et quæ euomuntur: Si grauius olent. Sicq; porracei coloris sunt: aut floris æris similia: aut atrii coloris mala sūt. Animæ quoq; grauitas: maculæ pustulæq; omnes: quæ oriuntur: ac statim delitescunt exitium certū portendunt.

## Qua uictus ratione in febrī uti debent. caput.xiiii.

**Dieta** c  
 Vrationis itaq; principiū est uictus ratio quam dietam uocant: ex inde digestio & flammæ interioris extinctio: & corporis demum exinatio de his quæ animum recreant suo loco di-

eendū erit: uictus rationē Asclepiades in totū prosecutus est: ad quā omnē curā transtulit: medicamentorum usum damnando quibus & stomachus leditur & præmatura se-  
nectus inducitur omniū medicorum cōsensu: & si hac æta-  
te aliter cōtingat. ut quos reprehendant: singulis momē-  
tis immitentur: nec tantum antea medicameutorum ui-  
res in usu fuere sed addunt in mixturis: quæ uirus tempe-  
rant nihilominus uenas malo succo implent: & minima  
in re: ut leuissima tertiana diarhodon catharticū offerunt.  
Et si multa eueniant quæ sine medicamētis curari nō pos-  
sunt. Sed ad ea: quæ clinica ratione obseruātur: redeamus  
Aeris igitur salubritas in pestilenti febre eadem querenda  
est: quā supra descripsimus: cubiculi opportunitate: cuius  
fenestræ in aquilonē uergant: perflabiles noctem uero cā-  
delis uincere oportet: lumine. n. spiritus: & hūores extra  
reuocantur propterea in eo casu somniculosum ægrū ti-  
memus: ueternofum nostri: punici subethicum uocāt. At  
ubi uigiliis excruciatu æger utilissimū est si uires suadent  
cubiculū & lectulū: sæpe commutare: aut lintea saltem &  
stragulas: aceto rosaceaꝝ inspersa: & omnia quæ ad usus  
faciunt: æger præterea uestimētis strangulandus non est:  
sed admodum leuibus tantum uelandus. Cibus præterea  
(ut summatim dicamus) refrigeraticis naturæ: stypticæꝝ  
eē debet: qui & si exiguus plurimū tamen alat: faciliꝝ cō-  
coctionis: acetosis conditus: atꝝ ex his diligendus est: de  
quibus supradiximus: pro ægri desiderio: uariis enim de-  
litiis uariis saporibus: additis odoramētis stomachus cō-  
ciliādus ē sapiusꝝ ī die cibus offerēdus. Carnis item suc-  
cus craticula assā & expressus uel furnibulo destillatus  
(ut nunc faciunt) stomachum nō offendit. & protinus nu-  
trit: Galenus horam prandii: ac cœnæ pro consuetudine  
laudauit: alii uespertinam matutinamꝝ præferunt inter-  
diu & sæpe salutare mixturas confectiōes: uariosꝝ potus  
& saluberrimos cōtinenter prebent. Culinæ autē ratio in  
hoc casu referēda est: ut fasianum uel perdicē: aut pullum  
gallinateum depilatū sordibus mundatū: rosaceaꝝ acetoꝝ

Asclepiades

Veternofus  
Subethicus

Galenus

diligenter abluant. Coriandroq; præparato: myrti baccis: sādali utriusq; surculis: acribus cœralis: uel prunis farciāt: diligenter demū assum offerant. Elixā in hoc casu danantur: pinguiq; quibus stomachi auiditas si qua est: ademi solet. Qui distillationibus uitreis presertim succos colligūt: ne combustura inde contrahatur: focolo aliqui grati odoris substernut. Qui has negligunt distillationes phasiani carnem aut perdicis minutatim cōcidunt: uaseq; imponunt uitreo: obturantq; ne quid euaporet idq; in caca: bo æneo aquæ pleno igni imponunt: & sine aqua humore carnes decoquant: sed suo duntaxat succo macerantur sine ignis iniuria. Continenter feruere debet donec excoquatur materia: exempta phala succus linteolo exprimitur: potuiq; datur. a drachmis.iiii. usq; ad unciam modus est. addita cordiali mixtura qualis est diamargaritom: dialithon: & huiusmodi. Alii iusculū faciunt addito ouo recenti & mali granati uino uel uue acerbæ: succo uel alterius rei acrimonia. Alia eiusmodi edulia excogitātur in dies quibus cor: & uires corporis sine stomachi tedio recreantur. Nouimus tamen & celeberrimos in medendo auctores: qui carnis usum in hoc febris genere damnarunt: Sed tēpori atq; cōsuetudini aliquid semper concedendū est: ob id pultem tantum hordeaceam: aut ptisanam hanc .n. ex grano illam ex farina conficiūt offerūt quibus stomachus acida non ructat: ut tradit Galenus: qui & alicam romanā laudat. His omnibus tenuior est: surfuris hordeacei marcor: ex amygdalarū lacte expresso: ac sacharo addito Alii molle panis albissimi ex aqua frigida: quo sæpe in ardētī febre usi sumus: Nihilq; calidū: in cibo aut potu assumendū est: & ad cibū cogendus est æger quo subducti spūs mire emē datur: Interea cōfectiōes quæ nutriāt: ac hilaritatē faciant in quibus gemmarū farina efficaciter imponitur: assumūtur. Plebs lente uti potest excusso prius cortice bisq; aq; mutata: addita aceti ligula. oriza hyeme ex amygdalarum succo aut lacte acetoso dempto butyro: Ouum sorbibile cū albore: At sitis quoq; : quæ maxime febricitatē excruciat: nino acidulo: quale patiunæ populi. aut salices.

Galenus

Alica

*barbry*

dare solēt recte extīguitur: nullarū. n. uiriū ē maxia cū uuæ  
 acerbæ succo uicinitate. Alii uino mali granati utūtur: ex /  
 p̄ssis acinis sine corticis stypticitate q̄ ex oxyachāto sit: cri  
 spinū trāspedani uocant dysfētericis nobile medicamentū  
 & siciētibus iucūdū. Si hæc nō sūt: acetū p̄dest aq̄ ifractū  
 rosacea. Quidā austerū uinū dedere albū odoratū ceu cre  
 tēse uel falernū: aut rheticū p̄terq̄ ī capitis affectu ubi aia  
 deficit. sed uini uires frigida cælesti ifrāgūt. aut sōtana sa  
 lubri: uini tertia portio esse debet. sed t̄pis & hitudinis rō  
 habenda est.

De potiōibus q̄ in febr̄i pestilenti dari debēt. caput. xv.

Is potiōibus maxia cutariōis ps p̄ficitur: q̄bus se /  
 h bris itēpantia: q̄ dyscrasiā græci uocauerē corrigi  
 tur: & mēbra p̄cipalia cōseruāt & puriora reddū  
 tur: cor p̄cipue. ac ei<sup>9</sup> spūs: iisdē morbi mā digeritur p̄pur  
 gaturq̄: meatus aperiūtur: a uenenoq̄ tutū corpus hētur.  
 Quæ oīa maxie sūt obseruāda. Vbi feruor īgēs ē a chole  
 ra p̄fertī. Potiōes largiores eē debēt ad siti tollēdā uehe  
 mētē: ex aq̄ hordeacea maxie iuuāt ī qua & cadēs aurū ex  
 tīgure cōsueuere. Qui ultra facietatē bibūt stōachi: ac pe  
 ctoris īfirmi rōnē hēant: atq̄ cōsuetudinis memores sint.  
 Nā & reliqua syptomata: uitare debēt Galeni snia: q̄ ex fri  
 gidæ potu eueniūt. Qui hordeaceā abhorrēt cisterninam  
 uel sōtanā bibāt: prius tamē coctā. Sachari q̄ purissimi exi  
 guo addito: mōs ē nullū ī hauriēdo seruare modū. sed ul  
 tra facietatē ēt bibere prodest. Vestimētis demū coopien  
 dus ē æger: reliquaq̄ seruāda sūt: q̄ supra prioribz libris an  
 notauimus. At reliq̄ potiōes matutiæ diluculo dādæ sunt  
 uel ate prādiū horis. iiii. totidēq̄: ate cenā iusto iteruallo.  
 Et qa plurimū huiusmōi febris ex plurib<sup>9</sup> hūoribz oriri so  
 let. digerētia ob id uaria eē debēt hūorū rōnē hēntia: in q̄  
 bz & cordial. a admiscemus: acetūq̄ miræ in hoc casu po  
 tētia: aut citrei mali succū. Sed potionis exempli gratia:  
 genus unum apponamus: Buglosi succum: & malorum  
 quæ melimella dicuntur: ac eorumq̄: quæ acidula sunt in  
 catino p̄ diē reseruātur sepati. donec crassamētū subsidat  
 ex q̄bus oibus untia colligitur addita feri aq̄ citreiq̄ mali

Dyscrasia

Symptōata Galenus

succi: ac herbæ acetosæ. o. sesquūtia rosaceæ unciis tribus  
 Sachari purissimi libris duabus sandalorum aromatis  
 modicum adiicito: & ad sapæ crassitudinem ignis uapo  
 re coquito. & ad usum seruato: qui camphoram addunt  
 de appetitu immemores sunt. Aliter buglossi mellisso  
 phylli siue citreaginis acetosæ: söchi: succi omnium un  
 cias .ii. aquæ rosaceæ: aceri albi sesquūtiā sumito: ci  
 trei succi. uel uini de malis granatis untiā sachari albissi  
 mi quantum satis sit. de seruefacito eo quo diximus mo  
 do. Quibus hæc parata non sunt: eadem condita sacharo  
 inueniat apud officinas: Inter quæ uiolaceam portionem:  
 rosaceā: nympheæ pomorū: buglossi: seris: acetosæ: citrei  
 succi: & his similia inuentu facilia habebis: quibus & ma  
 teria digeritur: & sitis importuna interdiu uincitur. Mi  
 xturæ quoq; utilissime adduntur: quæ cōmanducantur:  
 uel dilutæ ex aqua bibuntur: habet rosatum conditū: uio  
 latum buglossatū: ad unius unciæ. p. plueris margaritarū  
 semidrachmam ac specierum dialithi. drachmam auri ar  
 gentiq; scobis singulorum obolum: alii auri bracteas te  
 nuissimas. vi. addunt: plus minusue pro cuiusq; fortuna:  
 Alia item efficacior est: & primi meriti: eadem condita cō  
 tinet: margaritarū fariæ drachmā dialithi specierū drach  
 mas duas. corallii utriusq; scrupulum .i. seminis aceto  
 sæ citreiq; mali sesquidrachmam / spodii scropulos duos  
 offis ceruini cordis obolos tres. mūnocerotis cornu regū  
 impensam obolos duos auri scobis drachmam bracteas  
 auri. x. contrita mortatio cōmiscuntur donec ad unitatē  
 redigantur linguæ mēsurā circa lucis confinia ex aqua ro  
 facea datur. Confectiones sandalinæ plebi idoneæ sūt ex  
 eadem aqua. Alia minus iucunda sed myræ uirtutis: ac sa  
 cilior: in qua rosaceæ unciæ tres rubricæ armeniæ & ui  
 ni odorati non austeri singulorum unciā alii theriacam  
 dedere admixto smaragdi gemmæ polline ex aqua rosa  
 cea. Alii alia impant: quæ pallato naribus: ac stomacho nō  
 conueniunt: de quibus obiter minus dicendum putamus  
 sed ad reliqua remedia transeamus.

De sanguinis missione in pestilenti febre. caput. xviij

m Aximā desiderat animaduersionem ī pestifera  
 febris sanguinis dimissio: quæ largior imperāda  
 est si sanguinis uitio contigerit: si ætas: ac vires  
 sunt. Exilior cum ubi alter humor admixtus est  
 qui si simplex fuerit alui deiectio magis prodest. Dandaq;  
 opera est ne importune uena feriat: nihilq; uocētius est  
 (ut in collectionibus nostris diximus) sanguinis dimissio  
 ne: ubi necessaria nō est: vires enim corporis maxime sub  
 ducit. At præsentissimū auxiliū: ubi opus est: habetur:  
 īsuetis difficilius q̄ assuetis: inter morbi initia uena seccan  
 da est: quæ unius diei interuallo fere semper adiudicatur:  
 sed prius si aluus astricta est: mollienda clystere: aut glāde  
 ex melle saleq; iniecto. Venam feries si urina ueterinorū  
 similis est: turbulenta: rubens crassa: reterrimi odoris. quæ  
 colore liuido emittitur ac modica uirium defectionem in  
 dicat in quo casu uenisectionis opera nō indigenius. At cū ab  
 scessus per membra (ut dicemus) oriuntur auertendi cau  
 sa sanguis mitti potest: q̄ si sub ala dextra panus ortus est:  
 dextro lato statim uena soluēda est: deinde ex media eius  
 dem lacerti: si uero sub sinistra: nō intalo sed in manu sini  
 stra uenam uulnerare expedit. Rursus si inguem dextrum  
 tumet: uel sinistrum, illud dextrum talum: hoc sinistrum  
 requirit uel utrunq; modū: Si post aures: quæ parotides dī  
 cūtur: aut sub faucibus quid intumuit: eadem ratio in ma  
 nibus obseruari debet. Preter hos tumores carbunculi pas  
 sim per membra innascuntur: sanguine per se uitato: aut  
 biliolo humore pmixto: aut atra bile: tñs sanguis statim  
 atq; copiose mitti debet: extirpandæ materiæ causa ex ier  
 coraria uena: qua morbidum leuatur corpus: eoq; efficaci  
 or erit quo sanguinis quoq; excreatiōes affuerint. Quod  
 si puer est qui laborat: qui tantum roboris non habeat: ut  
 sanguis mitti possit: cucurbitæ scalpello circuncisæ nati  
 bus imponi possunt. Quidam ita sanguinis missionem dī  
 ponūt: ut si inferiores corporis partes graues sint ex ieco

Parotides

raria uena: si superiores ex cephalica: Si utraq; male afficitur: ex media brachii siue cōi recte ducatur. At si ephimerina febris affuerit: nec corpus sanguine morbidū appareat: ex sinistra regali uena exime soluitur: qua cordis & arteriarum uapores tetri resoluuntur: qui uenifeces cōtagione fortasse pollutos timent: Instrumentum ad secandas uenas domi cōtineat: quo etnū græci barbariq; utuntur balistula ē ad corpa sāguie leuāda & sibi qsq; pro arbitrio demit sanguinem: tuto. n. uenam aperit: uel imperitis facile. Arcus ē cui sagitta ad iustam mensuram annexa est uenāq; subito uulnerat: & quantum uelis transigit. Ita ut arteriam non timeas: nec ultra citraq; uenam ictum faciat expedita res est: ac facilis: qui hoc nō habet familiares idoneos habeat ad uenas secandas.

### De ducenda aluo in febre pestilenti. caput. xvii.

Vm igitur in omni febris genere priusq; aluus duceretur: materiā digere oportere oī nixu significauerimus: nūc in his febribus mutata rōne nullam cōcoctionem desiderare materiā uenenatā. atq; pestiferam admonemus. Nā quo celerius huiusmodi exitiales morbi hoīes corripunt: eo uelocius: & cū quadam temeraria audacia rapienda sunt remedia: materia. n. uenenata cōcoctionē nō expectat: p̄sertim quæ minoris est inflammationis: quæ nō extrinsecus plurimū inflammat: tum digestionē: tum deiectionem pariter magis desiderat. De iis quæ materiam digerunt suo dictum est loco: At cathartici rō est: ut nihil ueneni nihilq; molesti hēat. Si bilis ruffa infestat: hoc medicamēto tuto celeriterq; trahitur: In quo imponūtur roris syriaci untia duæ radices barbaræ p noctē infusæ drachmæ duæ: in aqua chorii: acetosæ meri albi oīum semūtia. Sūmo mane linteolo mundo radicem exprimes: in eo succo rorem syria cum antedictum admiscebis: aqua buglossa prius maceratum. Hanc potionem statim saluberrimam dabis. Alii ta



marindi succum addit: alii chryssobalanum utiliore[m] pu-  
tant. Quidam in rosis syriaci untiis duabus uel tribus dra-  
chmā uel sesquidrachmā radicis barbaræ cōtusæ: ex cittea-  
ginis aqua: siue succo qui efficacior est imponunt: radicē  
barbaram aurum præcio equasse uidimus: quibus hæc  
non est radicem ponticam imponant: duplicato modo:  
hanc rhecomam ab icolis uocari audio. Si ros antedictus  
pro ægri fortuna emi non potest. Succus siliquæ alexan-  
drinæ uicem implebit. At ubi pituita est q̄ phlegma græ-  
ci dicūt: agaricum oxymelite præparatum utiliter datur:  
q̄ & cordi conuenit: At polypodio: epithimo: sena atrabi-  
lis eximie purgatur: adusta materia radice barbara fumi-  
terræ succo: ac caprino sero. Composita deniq; mor-  
bi materia compositis remediis curatur. At alii laudant ca-  
thartica: quæ Diaphinicon atq; diathodon uocamus: in q̄  
bus tripolium atq; polypodium imponuntur. Sed in hoc  
casu imperiosa eorum præcepta coarguendo: nostra quæ  
tutiora sunt tantum laudabimus: atq; clementiora. Reli-  
quæ rursus materiæ digestæ suis potiōibus iisdem cathar-  
ticis repurgantur. Quibus ea molesta sunt catapotis uti  
possunt: quæ de tribus dicuntur: ex aloe enim elota hepa-  
tite agarico præparata: ac radice barbara: æquis portioni-  
bus ex citri succo. Summo mane deuoratur: quidam scru-  
pulum unum addunt ex iis quæ Ruffo ascribuntur: ali-  
qui eadem per se dedere. Hinc ad pestilentie affectus tran-  
seamus.

Rhecoma  
radix pōtica  
Pituita  
Phlegma

De somno imodiciq; ulgiliis. caput. xyiii.

Vbiculo perflatili tenendum esse ægrum dixi-  
mus: quo purum aera attrahere possit: q̄ muta-  
re utile est: si uires sinunt: alioqn mouēdus nō  
est æger: presertim si spiritus facile subducitur:  
itē pestiua uis somni plurimū ægrū opprimit: quo uenena-  
ta uis materiæ ad iteriora reuocatur: q̄ carbūculis enatis:  
cōtingit uel pituitæ cā: fabulis & iocis uel clamorib; exci-

Celsus

Thucy.

tādus est. At imodicas quoq; uigilias timere debet medi-  
cus q̄b̄ ibecillitas sæpe oritur: Sōnū iducit gestatio & sul-  
pensi lecti motus crebriter iacti uel extemporario fonte a-  
qua guttarim cadens: Silanum Celsus uocat: cum camera-  
ris frondibus myrti: citrei mali: salicis: ac crebra uiridi arū-  
dine: Sicamini lachryma somnus conciliatur naribus ap-  
posita: hāc camphoram appellauerim. Si quem timor mo-  
riendi excruciat amicorum coetu submouendus est: mœ-  
ror eorū præcipue: q̄ iam ab eodē morbo cōualuere: ii deī  
ceps eū casum nō timēt q̄ actore Thucydide i illa athena-  
rū famosa pestilētia euenit: q̄ hyllari uultu iuxta lectulū re-  
sident: sollicitudinemq; relinquere doceant & ad cibum  
exemplo suo large cohortentur: & languescentis appetē-  
tiæ periculum indicent: qua ratione & seipos inuitos sin-  
gulis diebus aliquid assumpsisse profiteantur. Vtiliter sin-  
gulis diebus aluus ducitur. aut clystere. aut glandæ iniecta  
de quibus in prioribus libris satis diximus. De irascentia  
cæterisq; animi affectibus satis supradictum est: ubi pectus  
fatigato anhelitu atollitur assidue ex interanea flamma:  
tum fricationes: quæ eam extrahant imperandæ sunt: aut  
fomenta spongiis in aqua tepida infusis ubi cannæ folia  
salicis uitis chamæmillæ: rosa addita: subferuefacta sint: te-  
pens enim uapor esse debet: uel mane uel die inclinante:  
de quibus statim dicendum est.

## De somētis uel epithematis q̄bus cor foueatur. caput. xix.

Via de fomentis mentio habita est. Ideo de iis  
q̄ quæ cordi conueniunt imposita. quæ epithema  
ta uocamus nunc tractari oportet: his uires cor-  
dis rescimus: animi tristitiā resoluiamus lætum  
cor reddimus: malos ac pestiferos uapores regerimus. Su-  
per p̄cordia retinetur humor cinetis tepote calefactus p̄-  
noq; coccineo uel serico collectus sub sinistra māmā ipo-  
situs medetur: recētataturq; crebro iniectu. Fomēti duo ge-  
nera sūt. alterū calidæ. alterū frigidæ naturæ qd̄ ad tēpera-

mentum accedit. Frigidū hoc modo fit: rosarū ru. manipu-  
lū semis. s. coriātri ꝑꝑati drachmā spodii corallii utriusqꝫ  
sandali rametorū oīnm scrupulos duos margaritarū fari-  
næ. i. officium ceruini cordis semidrachmam monocerotis  
cornu obolos duos gēmarū farinæ semicrupulum cam-  
phoræ. sumūt obolū : ola iponūtur noua ex aq̄ rosacea cū  
treaginis: buglossi. fōchi. & his similibꝫ: mō quo diximus:  
utuntur. Alii easdem cōtritatas spēs sacco duplici impo-  
nūt: qꝫ lapide latericio. aut marmoreo cādefacto. aceto pu-  
cōspio. calefaciūt. iuicē inō unus mō alter māmæ sinistra  
admoueat. In calido crocū addimus gariophyllū. nucē  
assyriam scrupuli. i. pond. zedoariæ exiguū : ligniqꝫ aloes  
ac musci semiobolum. quarū rerū modos mutare pro ho-  
minis natra sexuqꝫ febris ardore: tēpore. ac loco regione  
qꝫ: aliisqꝫ rationibus cogimur. qꝫ cognitis simpliciū quali-  
tatibus fieri haud diffile est.

Fomenta  
Sparagani

Quo-  
modo  
Pulvis

**Fomenta quæ iecori imponuntur. caput. xx.**

Vm cordi semp profit ipsa suffitio: iecori raro:  
nec nisi a sanguinis dimissione. aut a deiectione  
hoc fomentū habet aquæ feris. uncias quatuor  
aceti unā sandalorū ru. sesqꝫ drachmā pāno supe-  
riori intrō i tepēte succo: Iecur sæpe foueatur si opus ē ue-  
hemēt' erit spodio addito & mali granati uino: (rhoitō  
uocāt græci.) & spērū drachmā uel sesqꝫ drachmā adicies  
quas in diarhodonabbatis iponunt. Sua quoqꝫ malagma  
ta desiderat stomachus: si dissolutus ē. qꝫbus cibi appetētia  
cōciliatur. Ad spinā pariter ardores ac dolores unguie uti-  
mur. ex oleo. n. cōstat roseo: uiolato nympheæ succo sēp-  
uiui. solani acetiqꝫ oīum uncia ad ignē cōmiscēatur. cæræ  
exiguo albæ addito: acetiqꝫ imbre cōsparso. & in unū redi-  
gātur: cāphoræ paulū demū additū hoc unctulo ter qua-  
terue in die spina inungitur. Qui testes rosea aqua aceto  
qꝫ. ac uino meraci linteolo fouēt: uniuersum corpus refri-  
gerāt: ac creāt plusqꝫ sit uerisimile.

Vinum mali  
punicis rhoitō

De iterata sanguis dimissioe & alui deiectione. caput. xxix.  
 Tcū iter hæc præsidia: morbus adhuc nec incli-  
 nare: nec remediis cedere uidetur & nihilomi-  
 nus robur in ægrotate perdurat: & in pugna cō-  
 tumaciter persistit febris: uictoriaq; spes etiānū  
 superest: subsidia tamen undiq; perquirat natura. exonerariq;  
 ab humoris putredine desiderat. uel sanguinis missio-  
 ne: uel alui deiectione: aut utroq; modo. Si sanguinis mis-  
 sio iteranda est: parcius impanda. Verum dies indicatiui:  
 uel qui iudiciarius dicitur maxime cauendus: in quo tēpo-  
 re natura siderū motus comēs: suas uires exercet. Spōteq;  
 stato uelut tempore corpus exonerat. aut sanguinis pflu-  
 tione. aut uentris fluxu. aut sudore. & si cathartico rursus o-  
 pius ē. & choleram ppurgare uelis hæc in promptu habe-  
 bis. præ ea quæ diximus tamarindos: chryssobalanos. pru-  
 na damascena enucleata uiolas. si una decoquantur ex aq;  
 ex quotum decocto (tres n. uncia: satiffaciunt) saluberrī-  
 mam potionem facies si rotis syriaci uncia addes: uel sili-  
 quæ ægyptiæ atramentum radice barbare drachmam spi-  
 cæ paulum alii diapruron sine scamonio utuntur. modū  
 q; augent. In pituita uero q; de agarico diximus ualere  
 haud dubium est: Vbi atrabilis dialene medicamento uti  
 possumus si nihil uenenati in se continet. Reliqua medi-  
 camentorum genera satis supra diximus.

De sanguinis excreationibus. caput. xxii.

T sanguinis excreationes quas exitiales ante po-  
 suimus: rubrica armēniaca. terra lemnia: ex por-  
 tulacæ succo. eximie sanantur: hinc ad simplici-  
 um quorūdam factitates transeamus. In quibus  
 locupletis naturæ diuinitatem miramur præsidia uaria ad-  
 hæc mala elargientis.

Simplicia ac composita pestilentia: tempore exper-  
 ta. caput. xxliii.

Arrat qui ex præprodūt. Si quis initio pestilentia: fe-  
 bris kalēdulæ succi uncias duas. aut tres ad sumū  
 biberit. deinde uestimētis operiatur. liberum reddi-

ab ea labe, hæc uulgaris herba ē ac spōte nascēs in græcia  
 Alii nō mioribus laudibus succū uerbenæ eiusdē effectus  
 celebrare. Multi scabiosæ succū ad hos usus efficacissimū  
 p̄dicāt quo ueneni uis. xii. horarū spacio propellatur.  
 Miram uim habet aduersus pestes tormētilla radice ru-  
 bra odorata q̄ Sparganiū græci uocant. nā & cōtra serpe-  
 tes bibitur drachmæ pōde: ex uino. Dictamū p̄terea lau-  
 datur cretense & in altissimis montibus inuentum. a Dio-  
 scoride Galeno. Plinioq; cōmendatū. scrupuli pōde. ex ro-  
 facea. Aliq; spem maximā i rubricā lēniā habēt. solāq; pro-  
 desse spōdent. Cui maximā auctoritatē dedit Galenus in  
 libris suis. Si ex uino nō admodū austero bibatur: uel ex a-  
 qua rosacea drachmæ pondere. Alii betonicā sūmis laudi-  
 bus prædicauere uel siccæ fatinā ex uino. Violētia. n. mor-  
 bi ad extrema expellit. Nōnulli cichoriū p̄ferūt æstate quo  
 diximus mō: Ab aliq;bus semina mali assyrii laudantur si-  
 mame. vii. p̄sumūtur. Ex cōpositis in oī confesso theriacā  
 oībus p̄fertur: ac antidotus mithridatica. de q;bus supra  
 diximus ex rosacea uel uino: Alii uero maiora audentes  
 hoc mō aquā colligunt ex furnibulo kalēdulæ: sparganiū  
 antedicti. Dictami betonicæ citreaginis oīum manipulū  
 rubricæ armēiacæ unciā machir drachmas. iiii. aceti i bre p  
 noctē cōsperso destillatiōibus constituūt ex quibus aquæ  
 sesquūtia satis ē si mane p̄pinatur. Sanū. n. hoīem a pesti-  
 lentia reddit ualentissimo remedio. Aliter rubricæ arme-  
 niacæ terræ lēniæ unciā. ii. Cīnamomi semūtia: sparganiū  
 Dictami cretensis sandalorū ru. oīum drachmæ duæ & se-  
 mis ramēti eboris semidrachma spodii scropuli duo cor-  
 ticis mali citrei: margaritarū farīæ drachma dialithō sesq;  
 drachma: succini odorati monocerotis cornu farina: & of-  
 sis ceruini cordis scapulū auri argentiq; purissimi singu-  
 lorum semidrachma contrita per tenuissimū cribrū se cer-  
 nas ex sacharo orbiculi fiāt: uel q̄uis alia mistura pro arbi-  
 trio cōpōatur: q̄ singulis momētis dari pōt: efficacissima  
 enim est & uim malam pestilentiaē abigit: & si regalem  
 spiritus arcem occupauerit: protinus fugat, & captiuos

Tormentilla  
 Spargenium

Diosc.  
 Galenus  
 Plinius

arabica

Diosc.  
 Hippocrates  
 Galenus

Hippocrates

Spiritus liberat. Alias compositiones seu superstitiosas p̄  
termisimus circulatoribus magis q̄ medicis attribnendas  
Hinc ad reliquos affectus transeamus: qui pauorem ma  
gis q̄ periculum afferunt.

De alarum inguinumq; tumoribus: caput. xxiiii.

Oc & si physico alienum magisteriū uideatur  
quia & manus operam tandem desiderat: & se  
ramenta: tamen non sine physica ratione ad sa  
nitate[m] æger recte perducī potest. In alis itaq;  
sub faucibus: aruibusq; & inguinibus tumores innascun  
tur: qui panī dicuntur. Hos in species diuisit Galenus sub  
phlegmonis genere: bubones duros ac diuturniores: phy  
mata molliora: ac minora quæ in pus cito conuertuntur:  
phygethō phlegmonodes erispelas: uel erispelas phleg  
mones: quæ omnia indignationem ac feruorem adenum  
& glandularum sequuntur: Phygethō (ut Celsus tradit)  
tumor est non altus latus durus: rubicundus cū uehemen  
ti inflammatione: punctioneq; ac mēbrorū: distēione neq;  
materia magnopere in pus cōuertitur. Nam panum & pa  
niculam generali nomine siue inguem a loco ubi oriri so  
let uocari a latinis uideo: bubonem græci dicunt. Cum  
his affectibus febres præter ephimerinas exitiales sunt hip  
pocrate & Galeno teste. In qua re principale auxilium est  
uentre perurgato missoq; prius sanguine cucurbitulam  
superimponere scalpelloq; cutem circuncidi: tursus super  
imponitur cucurbita: qua uirus eliciatur: qui i hoc affectu  
cataplasmate discussorio utuntur: uitæ male consulunt: au  
stere Hippocrate. Venenū enim q̄ sponte natura sagax  
extulit. Illi ad interna & ad præcordia retromittunt. Qui  
hæc p̄uidet iis q̄ erodunt pustulas excitat diuersæ pti sup  
poneret ut alio auertatur uirus ut si caput nimio sono: aut  
uigiliis nocturnis p̄mi cernatur: & alia cerebri male affecti

Tormentilla  
Sparaganium

Dios  
Galenus  
Pinnus

Calenus

Bubo  
Hippocrates  
Galenus

Hippocra

signa ut dolor capitis:uertigines delitium :aurium mur/  
 mura:uel granitas faciei inflammatio : temporum pulsus  
 utina clarior:sedimento in sublime tendens:& his similia  
 circa caput abscessus denūciantur:tum in scapulis cantha/  
 rides exulceratrices aut aliquid eius potentiaē impōimus  
**At** lethargia peculiariter potidas uenturas significat.alarū  
 uero apostemata cordis uehemens palpitatio:animi defe/  
 ctus frequentes:ac anhellandi difficultas: uel summa ne/  
 cessitas respirādi idicāt .tū nates brachia exulcerāda cura/  
 mus.Inguinum uero sanguis nunq̄ dimissus:uel si ex nari/  
 bus uel æmorrhoidis sanguis nunq̄ profluerit sanguinea  
 presertim habitudine: sitis uehemens. Cibi tedium:pulsus  
 uenarum uehementes:turbulēta urina:mali odoris ardēs  
 febris:uel si alias pani orti sunt:Inguinum pruritus:ac in/  
 flammatio:Tum uero supra genua q̄ pustulas excitant effi/  
 caciter imponuntur:uel circa crura:Alii constantis aī fer/  
 ro candente utuntur:asri etiānū ,eam curationem obser/  
 uant præcipuo remedio. At tumores si oriuntur quanto  
 magis prominent:ac acutiores sunt:tanto magis salutem  
 promittunt contra q̄to magis latēt tantō deteriores:uel si  
 in duobus inguinibus oriuntur:in dextero inguine ma/  
 gis latales sunt:qui in alis innascuntur teterrimi sunt:alii  
 qui in collo prorumpunt nocentiores putant ex acutiori  
 materia:ac feruenti:In quo casu uinum nullo modo dan/  
 dum est :Omnes qui crissimo die fiūt sanguinis missio/  
 nē nullo modo expectant de qua suo loco diximus:His  
 tumoribus hirudo frequens imposita prodest. Quibus  
 fortuna fauet gallinaceos pullos uiuos aluo glabrata su/  
 per imponūt:dimidiaē horæ spacio dimittūt.uenenatam  
 enim uim cōtrahunt aliū deinde pullū imponunt nec fi/  
 nis sit usq; ad.xx:qui si moriūtur spem denunciant:alio/  
 quin in dubio uitam esse uolūt:alii ranis dissectis semiui/  
 uis utuntur:quidā syrus in creta pestilētiaē tempore iecur  
 diuulsæ testudinis inguini imponi docuit propitio atq;

- facili remedio: quidam rutam tunfam imposuere. Si hæc nō sunt hoc emplastrum materiam extrahit: resoluit & dolorem sedat habet narcissi radices decoctas in oleo liliaceo. quæ contritæ ex melle imponuntur. Sed malagma / ta subiungemus ex quibus. Hoc utile est: q̄ ex fermento atro sapone. sinapis semine: calce uuia. ficis siccis. calchano. nuce perueteri ac iridis farina componatur. Idem præstat emplastrū q̄ exest græci septicū uocant. q̄ fit ex narcissi radice anacardi meligine: ac columbino fimo. Si his nō cedunt tumores uel nouacula uel candenti ferro opus est. Si pus subest: & concoctæ materiæ iam certa signa sūt: ad manus ueniendum est: ferroq̄ utendum q̄ ob similitudinem Gāmoides dicitur: ac pus statim extrahendum est. nec maturitas nimia expectanda: quæ periculum affert. cōtra cruditas magis tuta est. Si chirurgicum contaminatū ti mes candente ferro uel argento uel auro uti potes: maior (ut diximus) medicinæ pars aduata constat: quidam sinapis semine & canino fimo & scapiosæ succo panum aperiant: uel iis quæ supra diximus exulceratoriis medicamentis. Facta plaga: siue linimento curanda est: & quicquid deinde imponitur non astringi. sed modice deligari debet. Cætera q̄ p̄tinent ad ulcus purgandum pusq̄ extrahendum quæ epispastica dicuntur pluribus diebus imponēda sunt: alii sarcocolla & melle utuntur: exinde quæ ulcus implent: ac demum quæ cicatricem inducunt habēda sunt: & emplastra paracolletica dicta: quæ a uulnerum magistris haberi possunt. At medici ueteres his bubones maturabant: ac aperiebant. inter quæ atistaltheæ radix addita hoīs salina: narcissi radix (de qua diximus) cum melle & auenæ farina: urtica quoq̄ siue eius radix sale admixto. uel axungia salsa uel erui farina ex melle. Lupini impositi maturant & rumpunt: q̄ Paulus æginita affirmat. Galbanum. Panace perfolatæ radix quæ & strumas aperit & pecudum seuum cum sale tosto. Murinum fimum cōmix.
- Septicum emplastrum**
- Gāmoides**
- Epispastica**
- Paracolletica**
- Paulus**



to turis polline: lacertæ cinis & ipsa diuulsa & imposita si-  
 num columbarum per sese uel cum farina hordeacea. aut  
 auenacea illitum. Cantharides mixta calce scalpelli uice  
 panos auferunt. Blattæ detractis pedibus & alis ualēt. Hoc  
 item medicamento utebatur maiores nostri ad cōcoctos  
 panos aperiendos i eo ceræ & thuris drachmæ. xx. cineris  
 muricū. x. olei ueteris heminam. Refert Paulus æginita  
 herbam inueniri in attica: quæ. aster dicitur ab aliquibus  
 bubonion appellatur: quoniam i guinum præsentaneum  
 sit remedium: non solum si cataplasmate imponatur: sed  
 etiam si iuxta cinctus duntaxat alligetur: idem Plinius af-  
 firmat. & herbæ figuram his uerbis demonstrat. Cauli /  
 culus est foliis oblongis: duobus aut tribus in cacumine  
 capitula. Stellæ modo radiata Idem Paulus hammoniacū  
 ex melle impositum laudat: aperit & propolis eodem te-  
 ste: radix cucumeris sil. cum terebinthina: radix capparis  
 recens nitrum cum fermento.

Paulus

Plinius

Paulus

Quæ fieri debeant carbunculis enatis. caput. xv.

Vitulas & carbunculos futuros: quas alii papu-  
 las ardentes uocant: indicat (ut diximus) grauis  
 somnus nonnunq̄ horror: ac habitudo sanguini-  
 nea. Hi i omni ferme corporis parte enascuntur:  
 quorum eæ notæ sunt: rubor inflammatus: durus: in quo  
 pustulæ eminent. Cum plurimū nigræ interdū subliuidæ  
 aut pallentes: in his sanies esse uidetur: infra color niger ē:  
 ipsum corpus aridum ac durū: circa q̄ quasi crusta quædā  
 est eaq̄ inflāmatioe cingitur: neq̄ in eo loco leuari cutis  
 potest: sed i feriori carni q̄si affixa ē. Hoc uitiū subteractis  
 q̄si qbusdā radicibus serpit i terdū celerius i terdū tardius  
 pro materiæ uenēatæ potētia. supra quoq̄ procedēs i albe-  
 scit: deīde liuidū fit: circūq̄ exiguæ pustulæ innascuntur:  
 & si circa stōachū faucesq̄ icidit subito sp̄m elidit. Pau-

Paulus

Celsus

Escharam

lus æginita prius mittēdum esse sanguinem initio ad ani/  
 mæ uiq; defectum pro corporis uiribus atq; morbi magni/  
 tudine; At si omnino orti sunt scalpello scarificari profū/  
 dius acto debent. Circūq; inflammationem plantaginis  
 succus illinatur. Antiquorum uero sententia nihil meli/  
 us est q̄ protinus adurere; neq; id graue est: nam non sen/  
 tit: quoniam ea caro mortua est. finisq; adurendi est (ut tra/  
 dit Celsus) dum ex omni parte sensus doloris. Tū demū  
 uulnus sicut cætera adusta curandū ē. Sequitur enim sub  
 medicamentis erodentibus undiq; q̄ Escharam græci di/  
 cunt: quando quidem a uiua carne trahitur quicquid cor/  
 ruptum est. Crustam illinunt butyro eloto: uel oleo per se  
 enim cadet: posteaq; sinus curari potest implētibus: ea me/  
 dicorum ueterum cura erat: At posteriores dimisso san/  
 guine Cucurbitulam imponūt. Gallinaceosq; pullos: aut  
 columbinos quo diximus modo: & sanguisugas: qui can/  
 dens ferrum expauescunt ex ulceratorio medicamento uti  
 malūt. Id fit oui lutheo recenti: addito sale tosto trito quā/  
 tum excipi potest: alii addunt piper taurinumq; sel: hoc sin/  
 gulis horis mutari debet: aut fornacei panis molle feruēs  
 sæpius impositum. Cynoglossum hærba lapide pinsita:  
 tribus horis carbunculum extinguit presenti remedio. Pa/  
 ri mō & scabiosa & symphiton minus contrita & imposi/  
 ta scabiosa Item nitro addito: ac suilla axungia recenti. di/  
 uino quodam presidio carbunculum discutit. Ficus ari/  
 da trita cum iride & sale: & aloë hepaticæ pura: aperit. Fer/  
 mentum ex oleo sale adiecto. Pix quoq; cum passa minu/  
 ta. aut panis tostus oleo intinctus feruenti & impositus.  
 Circa carbunculos ne serpant plantaginis folia sape im/  
 ponuntur. aut panis aceto non acerrimo madens. Alia itē  
 sunt quæ aperiunt & uirus elliciūt Floris farinæ uncia. iiii  
 feminis sinapis confusi erucæ singulorum semuntia cal/  
 chanti drachme. ii. cantharides numeto. xx. contritæ abie/  
 ctis alis & pedibus. ut Galenus scribit ex melle excipiūtur

Galenus

emplaftri modo: q̄ tribus horis panum aperit & carbun-  
 culum. Aliud quo materia uirulenta & uis omnis morbi  
 extrahatur: in eo imponuntur ſparganii hoc eſt trementil  
 læ radicis uncia. ii. ſeminis rutæ uncia. i. radicis ebuli: ac  
 ſambuci omnium libra radicis alexandrinæ ſiue ſmyrni  
 ſemuncia ex oleo chamemilleo: ac Zopiſa: q̄ naualem di  
 cunt reſinaq; quantum ſat ſit: mane: ac ueſpera id imponi  
 tur. Aliud efficaciffimum q̄ habet Goffipii barbati ſemi  
 nis nucleos. Cotton ſyri uocant: nucis perueteris fermenti  
 par pondus: contrita imponuntur: Aliud q̄ panos & car  
 bunculos aperit: habet ficum pinguem: iridem trita & cal  
 cem. Ulcera demum implet & abſtergit ſarcocolla ex mel  
 le: ſymphitum ſiue alum maius: aſphodeli radix trita &  
 iniecta uel peucedani. Carbunculis in peſtilentia citreum  
 malum q̄ narrantium uulgo dicitur diuiſum addita the  
 riaca ſeruētīq; cinere coctum & impoſitum ſalutare: prodi  
 tur: ſæpeq; id fieri uolūt tribus horis uiras extrahit: ac pu  
 maturat. Sed pauca quibus uſa eſt antiquitas addemus:  
 Carbunculos ad ſupparationem perducit ſinapiſ: & ruta  
 ſilueſtris laſerpitio addito: ſi inuenitur: uel melle: eruum  
 item ex uino lupini impoſiti rumpunt: oleaſtri cauliculi  
 cum melle: triti. Huceſq; perueteres panaces quoq; ſimum  
 columbinum cum lini ſemine ex acero mulſo. Ruta per ſe  
 uiſco addito: ut hereat: plurimū prodeſt: q̄ & Paulus ægi  
 nita commendauit. Inunctio quoq; cōtra peſtilentiæ car  
 bunculos: ac abſceſſus omnes fieri ſolet mirabilis effectus  
 quæ hoc modo ſit: olei uetutiſſimi ſelibram in phialam i  
 ponunt: in qua. xxx. ſcorpiones nouem horarum ſpacio  
 ocioſe lento igni deſeruefaciunt. Alii cacabum aquæ ple  
 num ad ignem componunt in quo phialam antedictam  
 imponunt ut ſeruēte aqua: oleum pariter intus ebuliat: in  
 qua demum theriacæ optimæ ligulā addunt: Iterūq; faci  
 unt deſeruerē: demum eximunt ex eo inungui debent arte  
 tiatum pulſus in māibus præcordia ipſa. ac iuguli lacus &  
 cætere partes quæ arteriis reſpōdēt circaq; apoſte  
 mata poteſt horas ſex iterū inungui debent eadē cor

Zopiſa  
 Goffipion  
 Cotton

Paulus

D

poris partes:& statim æger haud dubio conualescet. Oleum aliud mirandi effectus. In uase enim uitreo sambuci florum partes.sex imponunt ebuli partes duas: hyperici partem unam:olei perueteteris quantum satis sit.ut iusta infusione supernatet obturato deinde ore æstate uniuersa solibus continuis perficitur:atq; ita insolato:ubi opus est utitur. Carbunculos enim & inflammationes omnes siue impetus ter quaterue in die inungunt:alii totum corpus:unde uehementi sudoris profluuiio uirus omne elicitur. Clarior præsidio Potio quoq; salutatis sæp e experta: nec uana unquã inuenta: habet pulueris cordialis drachmas duas ramenti cornu ceruini drachmã seminis sancti ita uulguis uocat myrrhæ singulorum sesquidrachmã ex aceto q̄ acer / rimo ad ignẽ protinus quom inguina tentantur: bibitur: in promptu enim esse debet remedium:sudore enim prorumpente undiq; uirus elicitur:atq; ita iuxta ignem calefactis linteolis membra fœdo sudore dextergenda:mutada q; sudatiola sunt. donec sudoris graueolentia inter fricationes subsistat.Miro enim præsidio: ut Georgius ualla. Pla.ætate nostra doctissimus nobis affirmauit.a pestilentia tentates liberat:neminemq; qui eam opportuna portionem ieiunus biberit: ab hac uiolentia opprimi constat manifesto.ac uulgato experimento:

Georgius  
ualla

**Exemplum obseruationis quam Marco Marcello præscripsimus.caput.xxvi:**

Empore:quo postrema pestis in hac urbe uentata infinitos pene incescit(ut curationis exemplum unum percurramus)Marcus Marcellus ex patricia gente:ætate iuuenis sanguine:ac bile exundans.Iulio mense febrim adrapidam.ac pestilenti corripitur: & nocte ipsa protinus inguen intumuit læuum: non sine magno capitis dolore:& grauitate:nauseaq; continua sæp

pius uomitabat. qua nulla erat ad cibum auuiditas. Sed si-  
tis incredibilis hominem excruciat: Pater ægri anxius  
hæc nobis nunciauit. percunctatus sum & alia signa. quæ  
certissimam pestilentiam indicarunt. Rogauitq; me ut fili-  
um omnium charissimum uiserem: non ingrato operam  
præstiturus. Cui cum plures medicos ad hæc idoneos in-  
ueniri nominatim significauit. Ille oblatos plures sibi fuis-  
se parum solertes. & q̄ deterius est coinquinatos se medi-  
cum. & non pestem querere lachymando proclamauit:  
ego forte ad fugam cum omni familia sarcinulas collige-  
bam. lachymis commotus. ut bene speraret de filio hor-  
tatus sum. nam de facienda illi medela me saltē edocturū  
itaq; utinam poposci. Ille protinus matulam extulit. uete-  
rinalis. n. ferulenta. ac turbida qua hominem non sine  
magno uitæ periculo premi adiudicauit. Maneretq; pau-  
ulum iussi arreptoq; calamo in hunc modum curationē  
breuibus (præterq̄ uerbis diserui) præceptis annotauit. Se-  
cundus enim erat morbi dies iussi. ut astrictæ aluo protin-  
us occurreret clystere: quem communem uocāt: mox ex  
talo sinistro sanguinis se libram mitteret: uictum ordine  
præscripsi. Imprimisq; cubiculum calidum: non perflatilē  
Inimicum multaq; uestimenta corpori iniecta molesta eē:  
lintea sæpe mutāda. cubiculum aceto frigidisq; odoribus  
tenendum. Aestuantī ægro acetum cum rosacea uinoq;  
meraci addito dādū naribus uenarū pulsibus: palmis ini-  
ciendum: atq; os colluendum. ad nauseam & sitim reme-  
dia edocuimus: A sanguinis missione somniculosum æ-  
grum excitandum: Cordis iecorisq; epithemata: qualia su-  
pra diximus annotauimus: confectioes potionesq; uari-  
as quos syropos uocamus: & ut imprimis ægrū ad cibum  
cogeret: sæpe pdiximus: Tertio die uétrē subdique opotere  
diapruno medicamento untiæ. p. radice barbaræ contri-  
tæ. drachma addita ex tamarindorum prunorumq; deco-  
cto: uespera uero ut cordialem mixturam assumeret: iussi-  
mus qualē supra annotauimus: & spinam quoq; uniuersam  
unguento siue unctulo qui Galeno ascribitur resfri-

geratricis potentia: ac demum leuiter cœnare: in cibo ma-  
 gis asla q̄ elixa conuenire: noctis uero molestias superare  
 mō portionibus mō orbiculis: confectiōibusq; cor recre-  
 antibus ac spiritus: Quarta quoq; die si perstat pertenci-  
 ter febris sæuitia sanguis rursus ex eadem parte mitten-  
 dus est lenioribusq; cibis qui maxime tamen spiritus alāt  
 æger alendus est: ac uenter si sponte nihil reddidisset:  
 Clystere citandus portionibusq; matutinis uel uespertinis  
 materia digerenda. Hanc obseruationem usq; ad septimū  
 diem necessariam asse: viii. uero catapotia. v. Ruffi sum-  
 mo mane deuoranda: totidemq; sequenti die: Cibum ex-  
 inde augeri: modo quo uires recolligentibus couenit: his  
 præsiidiis ægrotum usq; ad. xii. diem prorogari tutū esse dixi-  
 mus: Interea tamen materiae reliquias digerere: ac refrige-  
 rare perseueranter debemus: quas. xvi. die perpurgare ne-  
 cessarium esse roris syriaci sesquiantia. ac radice barbaræ  
 drachma ex acetosæ aqua: si bibūtur. aliaq; subiunximus:  
 q̄ ne idem sapius dicatur. prætermittimus: Separatim itē  
 Chirurgici operam breuiter absoluiimus: qui secūda quo-  
 q; die: cucurbitulam uespera dūtaxat inguini tumenti ap-  
 poneret scalpelloq; cutē circūcideret: atq; in sūma tali par-  
 te exulceratorium medicamentum ex iis quæ nuper descri-  
 psimus: ad ueficas excitandas: ex ide emplastrum q; ex nu-  
 ce rancida: arida fico: betonica rutæq; succo galbano fer-  
 mētoq; triticeo componitur superimponi deberet: ad qu-  
 tum usq; diem deinceps aliud ex arstaltææ radice: axun-  
 gia: sicca fico: liliorum bulbis: ex melle scabiosæq; succo  
 componitur: eoq; usq; ad. x. diem uteretur. Vel id q; nuper  
 diximus: ex narcissi radice fit: Si panus sponte nō aperitur  
 expeditissimum eē ut ferro statim aperiatur. si id timet ex-  
 ulceratoriis iterum uteretur. Reliqua ad ulcus purgandū  
 replēdūq; chirurgico nota esse. Quibus omnibus rite ob-  
 seruatis. Si diuina fauissēt auxilia: filium omnino ab ea la-  
 be euasurum: nisi quid aliud superuenerit. Large denun-  
 ciauimus. Atq; ita dei nutu: ut nobis significauit: ex peri-  
 culoso morbo filius conualuit: breuibuscq; præceptis ad

uitam reuocatus est. Plurimū enim refert in arte medica p  
petuo uersari exerceriq; omnium tamen efficacissimum ē  
facta atq; euenta firmiter (q̄ Galenus sæpe prædixit) me  
miniſſe. Hæc de pestilēti febre dicta sint: de feбри uero quæ  
uarrus & boam uel similes affectus affert: quom de feбри  
sanguinea agemus suo dicemus loco.

27  
Galenus

FINIS. Quinti libri de febribus

Impressum uenetiis per Ioannem & Gregorium de  
gregoriis quarto Kalēdas Augustas.

Mccccclxxxiii.

Iacobi Cõtareni Patricii Veneti: Phi  
losophi: Iurisq; cõsultissimi:  
Optimis Auspiciis

Errores sparsim collecti.

In epigramate Cimcriaci p Cimbriaci In prefatione Siliquæ: legendū Siliquæ. ut nullos p nō nullos Domos deferūt: in domos scribatur  
Obtretratores: relictu ē dānabūt

In Tabula De sanguinis exercitatiōibus dicēdū excreationibus  
In primo capite: Sine lege fures furēs legēdū: Itē diferibus sed diferimus  
In secūdo cap. Item locuctæ pro locustæ. a plebisq; pro plerisq;

Retinetq; multarū: Quod multarum rerum dicitur  
In cap. tertio corpa infitiantur: infitiantur legēdū Itē cui ius necessa-  
rias: pro cui uis Item quo respectu: quorū respectu scribatur

In cap. sexto: q̄ ē clemētis: p ex elemētis Item dirigerūtur: digerūtur  
dicendum ē. Item tam ē: pro tamen: scriptum est

Mutare debere: pro debet: Nicolam pro Incolam

In cap. septimo aeris p acus In octauo cap. nō mediorū scholæ sed  
medicorum aduelisi: pro aduersi In. ix. cap. Et nō solū: p ut nō solū  
Sed ad nostras potiōes redeamus: p̄cedit Vbi corpus refrigerandū.

nō mastrā sed magistrā: mire effectus p miri: Cortici medici mali: p  
corticis mali medici Aer ex omni confesso: Atq; legendum est

De quæ diximus: p de qua diximus. Vnguie sanētur. p sanetur dictū est  
Mussisse p inussisse: hac in potiōe: i supfluū ē: Ex coraria p iecoraria

Lemniū isulā p lemnū. In. x. cap: p q̄ rerū pro p q̄ rarū:

nō ex oculus sed oculis. In xi. cap. Veterinariæ ci pro causa

In. xiii: a chi aritatē: pro hillaritatē: patiuinæ populi: pro pata /  
uinæ: q̄ ex oxyachanto: deest: & q̄: In. xv. q̄ in febrī: pro quæ i febrī

In. xvi. Cum ubi: Cum superest. Item exime pro eximie

In. xvii. q̄ nō extrisecus pro uero extrisecus succum addit pro addunt.  
Polypodiū pro scamoniū.

In. xix. ad temperamentum accedit pro: accedit

In. xxiii. sicca fatinam pro farinam

maior audentes: maiora dicendum

In. xxiiii. non aruribus sed auribus.

Tum nates brachia: pro nates & brachia

Afri et num pro afri. siue linimento pro sine linamento.

Panace presolata: pro Panax:

In. xxv. Hucisq; pro Nucisq;











